bestie agri et universe bestie silve venite ad devorandum. Item Jer. xii. Venite congregamini omnes bestie terre properate ad devorandum. De isto refert exemplum beatus Gregorius in libro dyalogorum, unde dicit quod erat quidam Theodorus non re sed tantum nomine monachus. Cum minorum etate erat si quis pro salute sua aliquid loqueretur, non solum autem bona non facere sed etiam non poterat audire. Hic cum extremum spiritum agitaret convenerunt fratres ut egressum illius anime orando protegerent. Tunc repente cepit eisdem fratribus ibidem astantibus acclamare nec non magnis vocibus orationes eorum interrumpere ita dicens: Recedite. Ecce datus sum draconi ad devorandum qui propter presenciam vestram me non potest deglutire. Caput meum iam ore suo absorbuit. Date locum ne amplius me cruciet sed faciat quod facturus est. Si ad devorandum ipsi datus sum quare propter vos moras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loqueris? Signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille cum magnis clamoribus dicens: Volo me signare sed non possum quia squamis huius draconis stimulor et premor. Cumque fratres hec audirent prostrati in terra cum lacrimis ceperunt pro ereptione illius vehementius exorare. Et ecce subito cepit eger cum magnis vocibus clamare dicens: Gratias ago deo. Ecce draco qui me ad devorandum acceperat orationibus vestris expulsus est et omnino iam recessit. Item in iiii° dyalogorum refert idem Gregorius aliud exemplum. Ait enim quod temporibus suis Rome in quodam monasterio consalatorum nomine dicitur audisse quod quidam erat monachus qui valde reputabatur in conspectu hominum qualis non fuerat intus apud deum. Nam cum fratres estimabant ipsum ieiunare, latenter consueverat comedere. Hic in articulo mortis constitutus fecit ad se fratres generaliter convocari, quibus dixit: Ecce nunc ad devorandum traditus sum draconi qui cauda sua genua mea pedesque meos fortiter colligat. Caput vero suum intra os meum mittens spiritum meum ebibens extrahit. Et in hiis dictis statim expiravit. Et sic vult scriptura condempnati peccatores. Rursus scribitur Iere. li°: Comedit me, absorbuit me sicut draco. Ille est draco magnus et rufus habens septem capita et decem cornua in capitibus suis. De quo dicitur Apocalipsis xii°: Factum est prelium magnum in celo. Michael et angeli eius preliabantur cum dracone et draco pugnavit et angeli eius et non prevaluerunt neque locus eorum inventus est amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur dyabolus et sathanas qui seducit universum orbem. Et ideo dicitur ibidem: Ve terre et mari quia descendit dyabolus ad vos habens iram magnam sciens quod modicum tempus habet. Dyabolus zelo nimio bonis invidet qui conatur locum eius possidere in celis de quo ipse irrecuperabiliter proiectus est in penis. Et quanto magis appropinquat dies ultima, tanto ardencius temptet et fervet invidia. Quantum erit demonum austeritas et malicia. De quibus Bernardus sic ait in prosa: Quam immites tortores tunc torquebunt peccatores et terribiles ultores vindicabunt malos mores. Horum autem crudelitas et malicia diverse consideranda. Primo quia plures sunt et multi. Psalmus: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt adversum me. Hinc est quod dicitur Iob xix°: Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Unde in vitas patrum legitur quod quidam senex vidit demones circumdantes homines sicut apes. Et ideo dicitur in psalmo: Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis. Secundo quia fortes sunt et potentes. Unde apostolus innuit ad Ephesios vi°, ubi vocat eos principes et potestates et mundi rectores. Et quia tam

tus ē amp
piecta z
hg sp̄as
rate dyab
qui seduc
berit Et
bre z m
dit dyab
irā magna
dicū tēp
zelo mina
qui conat
fidē ī electis
stabilit
et quam
quat dies
ardens
uet mundu
cit demon
z malicia
sic dicit
pm tortor
quebut
riptes
rabut
at crudeli
na dign
qz ptes sut
Dne quid
sut qui tri
multi ī
me
vivo Obs
tabnacl
ī vita
senex vid
titudates
apes Et
Crudel
a pes et
ignib ī
fortes
Cra apls
m' ubi
apes et
di ptor

possess
Dixerat
eorum fame
bant aia
fortes
uiea
runt in me
has eciam
ios uolu
ypta a
e. quis fa
timet Di
uidet
omnes
bg di
ua maior
punitoe
respondet
feco Vn.
elut puil
iam tres
urde suo
uit torn
ipos qua
cat uitate
cia qui se
uroi illi
ipedis c
rde et c
uas sua
ini. Ego
rii suffi
rruhas c
us Topq
tam ml
ffepres
m fecto
spondeo
us. Cristi
iuretis
t lubbh
cepit
ffecta m
ue uolue
rcunt in

potestates sunt et fortes ad nocendum. Ideo dicitur in ps. Vim faciebant qui querebant animam meam. Item fortes quesierunt animam meam. Et alibi Irruerunt in me fortes. De hac etiam potentia dicitur Job xli. Non est potestas super terram que comparetur ei qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt ipse est rex super omnes filios superbie. Hic diabolus autem potestate et superbia maiori exercebit in puniendo malos ipsos crudelissime affligendo. Unde Eccli. xxxix. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt et in furore suo confirmaverunt tormenta sua et in tempore consummationis effundent virtutem et furorem eius qui fecit illos. Nam furor illis secundum similitudinem serpentis et sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Item Ysa. liiij. Ecce creavi fabrum sufflantem in igne prunas et proferentem vas in opus suum. Et ego creavi interfectorem ad disperdendum. De hoc crudeli interfectore peccatorum condempnatorum sic loquitur Job xvi. Circumdedit me lanceis suis vulneravit lumbos meos et non pepercit. Effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus. Irruit in me quasi gigas. Tercio sunt demones in torquendo infatigabiles. Dan. iij. Non cessabant ministri regis succendere fornacem. Unde quidam. Sunt ibi tortores spiritibus horribiliores deformes nigri sed non ad verbera pigri nec lingua lassati sed semper adherent renovati. Ad mala ferventes sunt ad penas hiis reverentes. Semper tristati sunt sed iure pati. Quarto non tardescunt nec cessant nec requiescunt. Hoc est quod Deut. xxviij dicitur cuilibet peccatori. Servies inimico tuo quem immittet dominus tibi in fame siti et nuditate et omni penuria. Et augebit dominus plagas pessimas et perpetuas. Quinta erit dampnatorum pena quod sine intermissione semper erit continua sine pace et requie in miseria et angustia. Unde de peccatoribus dicitur Ezech. vij. Angustia superveniente requirent pacem et non erit. Conturbatio veniet super conturbationem. Item Apoc. xiiij. Non habent requiem die ac nocte qui adoraverunt bestiam et ymaginem eius. Tunc peccator bene poterit dicere hoc quod scribitur Ysa. xxxviij. Non videbo dominum deum in terra viventium. Non aspiciam hominem ultra et habitatorem quietis. Et illud Iere. xlv. Ve michi misero quoniam addidit dominus dolorem dolori meo et requiem non inveni. Certe quarte. dolor eius in caput eius et in verticem ipsius iniquitas eius descendet etc.

C. 22 Varia est conditio infernalium tormentorum

Nunc restat membrum xxij. de hac materia, scilicet unius de clarandum quod est varia conditio infernalium tormentorum. Sunt enim plures conditiones specialiter facientes ad aggravationem pene infernalis. Prima est acerbitas, quod patet ex fletu et stridore dentium, complanctu et desperatione mortis, commanducatione linguarum et blasphemia creatoris et ex multis aliis similibus, que omnia ibidem sunt ventura. Et patet ex eloquiis variis scripturarum. Unde Apocalypsis xvi: Comederunt linguas suas pre dolore et blasphemaverunt deum celi pre doloribus et vulneribus suis. Hinc Gregorius dicit: Qui hic suspirare non potuit, illic cruciatui deditus incedit. Origenes: Tanta erit in inferno vis doloris quod mens ad aliud dirigi non potest nisi ad quod vis doloris impellit. Dicet enim tunc peccator Ieremie viij: Dolor meus super dolorem. Tanta enim erit acerbitas penarum quod peccatores vitam quam omnes appetunt spretam et contemptam, mortem quam omnes fugiunt ardenti desiderio sepius affectabunt. Apocalypsis ix: In diebus illis querent homines mortem et non invenient eam et desiderabunt mori et fugiet mors ab eis.

Acerbitatem vero pene infernalis testatur dominus Ieremie ix ubi dicit: Ego cibabo populum istum absinthio et potum dabo eis aquam fellis. Per hec designatur amaritudinem infernalium tormentorum. Consideratio huius acerbitatis fecit quendam iuvenem delicate nutritum intrare ordinem predicatorum. Cum eo ingresso quidam sapientes a parentibus eius missi ei persuaderent egressum, asserentes quod cum esset delicate nutritus esset non potens sustinere rigorem ordinis et asperitatem, respondit iuvenis: Magis propter hoc ordinem intravi quia scivi me delicatum et nihil asperitatis posse sustinere, cogitans quod acerbissima pena inferni mihi intolerabilis esset, et ideo elegi potius hanc penam ordinis quam illam sustinere. Ita sicut scriptum est Iob vi: Qui timent pruinam irruet super eum nix. Hec consideratio movit quendam petrum heremitam ad mirabilem penitentiam quam fecit, de quo narrat beatus Gregorius iiijo dyalogorum. Dicit enim quod quidam petrus monachus ex regione hybernie ortus prius heremum petens in molestia corporis infirmante defunctus est, sed protinus corpori restitutus inf-

Exem

c. 22 varia est conditio infernalium tormentorum mi supplicia atque immensa flammarum loca se vidisse attestatur. Tunc etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos se vidisse narrat. Cum autem iam deductus esset ut in illis et ipse mergeretur subito angelum choruscanti habitu apparuisse fatebatur qui ipsum in igne mitti prohibuit. Cui et dixit egredere et qualiter tibi post hoc vivendum sit cautissime attende. Post quam vocem paulatim recalescentibus membris ab eterne mortis sompno evigilans cuncta que circa ipsum gesta fuerant sibi narravit. Talibus quoque se per modum vigiliis ieiuniisque constrinxit ut inferni cum vidisse tormenta etiam si lingua taceret conversacio acclamaret. Secunda condicio est tormentorum multiplicitas. Est enim peccatorum numerus quasi infinitus. Unde dicitur in psalmo. Circumdederunt me mala quorum non est numerus. Et ergo dicit dominus Deut. xxxii. Congregabo super eos mala et sagittas meas complebo in eis. Ubi sic scribitur Ysa. v. Sagitte eius acute et omnes arcus eius extenti. Multiplicabit dominus sagittas in pharetra sua quas nondum omnibus extrahebat que post finale iudicium peccatoribus immittet. Hee sagitte sunt pene varie quibus hic multiplicat miseros torquebunt. Unde dicitur in psalmo. Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Item dicit dominus Deut. xxxii. Inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus devorabit carnes. Foris vastabit eos gladius et intus pavor. Consumentur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. De hac penarum multiplicitate sic dicit Gregorius super illud Matth. viii. Eicientur in tenebras exteriores. In inferno est frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fetor intollerabilis, tenebre palpabiles, flagella cedentium, horrida visio demonum, confusio peccatorum et desperacio omnium bonorum. Unde quidam. Infernus est fovea mortifera peccatoribus et miseris confecta. Hic dicitur in psalmo. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Et notanter dicit pars quia non solum in dictis sed nec etiam in mille consimilibus possunt pene integritas explicari perfecte. Nam quicquid de pena hic dicitur est tamen pars minima unius vestuce respectu magnitudinis īfinite. Vt at hec penarū mltiplicitas expressiꝰ declaret. Nōndꝫ ē q dapnati erūt plēni oī miseria et dolore. Habebūt enī fletū ī oclis stridorē ī dētibꝰ fetorē ī naribꝰ gemitū ī oribꝰ terrorē ī auribꝰ vincla ī maibꝰ et pedibꝰ. Ignis qz ardorē ī mēbris suis oībꝰ. Ecce q̄ repleta ē penis atqz plagis aīa pctoris in finē descēdētis. Et igr̄ de dapnato dr̄ Iob xv°. Terrebit eū tribulacio et agustia vallabit eū. Et eiusdē xx°. Oīs dolor irruit ī eū. Itē dr̄ ysa xiii°. Oē cor hoīs tabescit et cōterēt. Torsiōes et dolores tenebūt qui pturiēs dolebūt. Vnusquisqz ad pxīm suū stupebit facies cōbuste vultꝰ eorꝫ. Vnde Baruch vi°. Nigre sūt facies eorꝫ a fumo. Nabis vultꝰ pctorꝫ redigēt ī olla vt hēt Iohel ii°. Et dolores pturiētꝭ veniet ei vt scribit Ozee xiii°. Qm̄ mlta flagella pctorꝫ. Sic n. pt dicē cū Iob. Circūdederūt me dolores mortꝭ nō tpales sꝫ ꝑpetue ꝛ pida inferni ~~amictꝰ eiꝰ ita induit maledictionē~~ īvenerūt me. Psē dt circūdederūt me. qz abissus sic vestimētū amictꝰ eiꝰ ita induit maledictionē sic vestimētū et ītrauit sic aq̄ ī interiora eiꝰ et sic oleū ī ossibꝰ eiꝰ. Fiat ei sic vestimētū ~~de filis penarꝫ tam mltiplicīū~~ quo operit et sic zona qua sp p̄cingit. Quale vestimētū de filis penarꝫ tā mltipliciū siue fortit̄ cōtextū qd ppetuis tēporibꝰ nūquā ē cōtendū seu eis deponendū. Ita fumoso eternalit̄ est pctori īseparabilit̄ alligatū. Quoniā asperū ꝛ mordosū sentiet ī tegumētū ipm̄ nāqꝫ de quo scribit ysa xiiii°. Operimētū tuū erūt vermes. Tā mltiplicis pene cōsideracio reuocauit ipm̄ Dauid a morte pctī ad pniaꝫ peragēdā. Vn̄ dixit ad Dnm̄. Quātas ostēdisti m̄ tribulacōes mltas ꝛ malas et cōūsꝰ viuificasti me. Huiꝰ eciā pene cōsideracio mouit quēdā heremitā sic legit ī vitaspatrū ad asperrimā pniaꝫ quā ī heremo pagebat. Qui cū q̄reret cur se ita interficeret rendit totꝰ labor vite mee nō est ydoneꝰ cōpari ad vnū diē tormētorꝫ q̄ pctōribꝰ ī futuro seclo reseruāt. Sic narrat Beda ī gestis anglorum. Cum tempore Constantini iunioris quidam miles defunctus esset circa annos domini octingentos sexo qui per modum vite restitutus penis territus quas viderat fugit ad heremum secretum cellula in quadam flumini in quo vestibus indutus sepius balneabat permittens vestimentum sic ad carnem congelari postea in balneum calidissimum intrabat et continuo faciebat quousque moreretur et cum super isto a videntibus argueretur taliter respondebat: Si vidissetis que ego vidi eadem ultima faceretis. Nam Gregorius super Job: Super omnia considerationem perducat visio pene infernalis. Tertia conditio pene gehenne agitur est eternitatis. Unde Sapientie iiii°: Illos vero peccatores dominus irridebit. Et erunt post hec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos in perpetuum. Augustinus xxi°: Ibunt hii in supplicium eternum. Item Judith xvi°: Dominus dabit ignem et vermem in carnes eorum ut urantur et vivant et sentiant usque in sempiternum. Ad idem dicitur Ysaie ultimo: Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Unde dicit dominus Deuteronomii xxxii°: Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissima, hoc est in perpetuum sine fine. Unde Ysaie xxxiii°: Quis poterit de vobis habitare cum igne devorante aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. Et eiusdem xxxiiii°: Erit terra eius in picem ardentem nocte et die non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem desolabitur in secula seculorum. Unde Apocalypsis xx°: Diabolus missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et qui non est inventus in libro vite scriptus missus est in stagnum ignis ubi est umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Ut Job x° habetur scriptum. Unde Gregorius in moralibus sic dicit: Horrendo modo tunc erit miseris dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia et mors semper vivit et finis semper incipit et defectus deficere nescit. Unde poeta refert: Non venit ad metas mortis miserabilis etas. Nescit finiri semper videtur oriri. Et per vexando semper gemitus renovando. Hinc Petrus Blesensis in quadam epistola sic dicit: Ibi non est suppliciorum modus nec intermissio sine fine. Nam ibi finis semper incipiet, mors non moritur, nec defectus defiet vt dapnata hominis condicio sit in doloribus magis et mortis eterne perpetuum miserabiliter recidiuet. Vnde dicitur in psalmo: Sic oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Et si morte pascentur impii quid potabunt illi? Vbi mors est pastus qualis erit potus? Audi prophetam: Vua eorum vua fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile. Ita scribitur Deut. xxxii°. O quale peccatorum nunc metu vita mortis perpetue tam crudele supplicium vincettur morti quia vite sunt mortui. Hinc est quod Bernardus dicit libro v° de consideratione ad eugenium papam: Horreo vermem mordacem et mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis et vite morientis. Vnde Gregorius: Morte immortali moriuntur impii. O deus eterne quare me posuisti contrarium tibi et factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum ut hoc perpetuum possim euadere tormentum? O quam felix quam beatus qui peccatorum sordibus nequaquam fuit infectus qui per mundi gaudia non abijt ac in vanitates et insanias falsas non respexit. Nos autem miseri errauimus a via veritatis et lumen iusticie non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perdicionis. Vias ambulauimus difficiles. Vias tenues et inutiles per quas ad deum noluimus ambulare. Vnde sic dicitur ysaie xlix°: In vacuum laborauimus sine causa et vane fortitudinem meam consumpsimus. Quid enim nobis profuit superbia? Quid diuiciarum pompa et iactancia? Quid preciosa corporis indumenta? Quid commessaciones et crapule, quid risus et leticie? Quid gaudia et singula nobis profuerunt in quibus vane et inutiliter temporis dapnabiliter tempus nostrum expendimus. Proch dolor sicut fumus transierunt hec omnia tamquam fumus et aura matutina. Transijt quod temporale fuit. Sed heu heu retrasit quod eternum durabit. Vnde dicit dominus de quolibet dapnato in Iob xx°: Iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic et sustinebit. Et in Apocalypsi xviii°: Quantum glorificauit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum et luctum quibus eternaliter sic torqueatur. O quanta hominis demencia pro deliciis ac diuiciis seu pro aliqua re terrena horrenda perpetua corporis et anime subire tormenta. Vnde Crisostomus de reparatione lapsi ...

inquit. Dic quanta tpa luxurie q deliciarū spacia cōpari vis sempiternis penis. Certu si placz annos delicijs demq adde et alios centu adde et decies centu quid est ex hijs ad eternitate cōparacio. Nonne cetpe vite hg quo delicijs frui videmr et i dulcedīe libidinu qī noctis vnius sopnius ad eternitatis cōparacioz vide. Est i aliqs qui ut vna nocte delectabile videat sopniu eternas subire eligat penas et id phijs recipe vl pysi illud cōminute. Quid direq ad repositas penas qz ducunt ad hec qz delicie velud vmbra transeunt et velocit' fugiunt pene no eterna manent. Et si equale tpr et idem spaciu delicijs esset potitu et pene esset aliquis ita stultus et demens vt eligeret pro vno die deliciarū vnu die subire penarū. Cum soleat dolor vnius hore et exlibz corporis cruciatus i obliuione mitte de tpr ptexitu i volu. te tristatu h oia. Criss 9 v silp.

O eternu nunquam finem habiturum corpus et anime tam grande suppliciu. O mors perpetua i dicibile tormentu. Quid referam de te nescio. Non enim possum verbis exprimere nec intellectu cōcipi. A corde cōprehendi. Ponito enim qz sit vnus lapis de area coagulatus et cōpactus tante quantitatis sic infra concauitate octaue spere possit contineri. Et post millesies mille annos p diuina potentia vna arenula a dicto lapide tolleretur. Et deinde post millesies mille annos adhuc vna et continue donec totus lapis i nichilu redigeret nunq consumpto lapide eternitas penarum est revoluta. Dic qz dampnatorum anime tunc a penis liberabuntur. Respondeo tibi et dico qz penitas illa vix tunc fuit inchoata. Nam finiti ad infinitu nulla est proporcio vt dicit philosophus viij° physicorum. Si enim hoc cognoscerent et pensarent peccatores cōdempnati qz dicto lapide cōsumpto a bill' itollerabilibus quos sustinent infernalibus cruciatibus deberent eripi et feliciter liberari inaudibilit' super hac redempcione dele debent sperare vno sperando gaudendo cōgauderent expq° sentiret fine ~~illoz~~ suorum tormentorum post innumerabiles ymo post incōprehensibiles et infinitos fere annos quamuis tardissime aduenturos. Illa est enim vna maxima omnium penarum vis desolacio et caterva omnis spei nunquam a penis reditri sine liberari. Vnde sic dr. bsa. xxxiiij°. Peccator desolabitur in secula seculorum. Unde dicit Jeremias xv°: Periit finis meus et spes mea a deo. Item conqueritur peccator quod dicitur Jeremias xv°: Quare factus est dolor meus perpetuus et plaga mea desperabilis. Super quo dicit proverbiorum xi°: Mortuo homine impio nulla erit spes ultra. Intelligite hec qui obliviscimini deum ne in infernum aliquando vos rapiat et non sit qui eripiat. Ecce iam plane video quod in inferno nulla est redemptio peccatorum aliqua. Carissime intelligis tu viri sapientis exemplum de lapide superius tibi scriptum. Dic michi ergo quid de illo sentis. Quid iudicas quod diffinitus puto pervenerit quod racio non potest dissentire quin ymmo ut predicitur ita sit in rei veritate. Cogita ergo varias terrarum provincias et ymaginare regiones singulas comprehende flumina et maria mundi mente circui ~~iii~~ totum pabula ascende usque ad celum et aerem et transvola. Iterum descende in abissum profunditatem considera. Ex quibus omnibus que celi ambitu continentur compone lapidem et ymaginare magnitudinis eius quantitatem. Anima cordialiter intellecta. Dic michi carissime quid sentis tunc de lapide ymo potius quid sapis de perpetuis quid de infinitis peccatorum penis et morte. Certus quod tunc respondebis. Vere nere loqui nescio. Audivi et conturbatus est venter meus a voce contremuerunt labia mea. Grandem iam intelligo veritatem comperta video. Unum animal non sufficio sed paucorum minimo mente totum inspexo. Iam certissime timor et tremor venerunt super me et contexerunt me tenebre multiplices horroris. Tunc non metuet quis non expavescet quis anxietate cordis penitus non deficeret qui mente tegeret hunc lapidem diligenter ruminaret in similitudinem peccatorum penas memoriali revolvendo. Pone ergo tamquam signaculum super cor tuum. Valde enim utile est et proficuum tibi hunc lapidem numquam obliviscaris quod si divinus amor te non corrigit et revocat a malis horror perpetue pene intimabilis saltem te aliquando cohibeat a peccatis. O quam supplicium inseparabile quod fugiendum. O stigis exitium lacrimabile quod metuendum. Cum in stige torquetur semper numquam moritur. Complectetur et numquam finis habetur. Ex predictis clare patet quod pena peccatoris tremenda per infinita secula numquam finiret. Hec igitur consideratio eternitatis pene infernalis convertit Fulconem Marsiliensem. Cum enim esset excellens ioculator et vanitatibus mundi deditus, una dierum cepit cogitare de eternitate gehennalis pene et dixit in corde suo: Si te poneret iacere in lecto molli et bene strato ita quod nulla necessitate cogente inde recederes, hoc non posses sustinere te continue iacere in illo lecto delicato. Et quomodo poteris sustinere sempiternam infernalem penam, si contingerit in perpetuum te illa fore passurum. Hac igitur consideratione perterritus religionem intravit et factus est monachus, postea episcopus Tholosanus et vir eximie sanctitatis. Item consideratio perpetuitatis pene infernalis ad pugnandum contra dyabolum confortat hominem et inducit. Debet enim considerare quod si devictus fuerit ab eodem ducetur ad tormentum sempiternum. Ideo totis viribus pugnet ne vincatur. Unde narrat Egesippus de cladibus iudeorum quod cum quidam de sociis Alexandri qui preerat magno exercitui videret quod eum innumerabilem exercitum ad pugnandum preparatum et suum cibum sumeret ad confortationem virium ipse in quodam solario quiescendo eis dixit: Prandeamus nunc hic, o viri strenui, nam apud inferos sumus cenaturi. Quo verbo sunt omnes animati ad fugiendum illam cenam et tam viriliter pugnaverunt quod de cunctis hostibus suis honorifice triumphaverunt. Item a delectabilibus mundi retrahit et avellit. Unde legitur in vita sanctorum patrum quemdam senem dixisse: Nutrix cum vult puerum ablactare et a dulcedine lactis avertere ad mammam ponit synapium vel quoddam aliud amarum quod puer lactens gustans et percipiens statim retrahit a dulcedine lactis. Sic et tu adiunge amaritudinem perpetuam inferni delectabilibus huius mundi et procul dubio retraheris ab eis. Unde Job vi°: Numquid gustare potest quis quod gustatum affert mortem? Amaritiam, hec est pena sempiterna. Ideo dicit Prosper: In presenti vita delicie temporales dulces sunt et tribulationes amare. Sed quis non libenter bibat tribulationis poculum metuens ignem perpetuum gehenne? Aut quis non contempnat dulcedinem seculi meditans bona vite sempiterne? Legitur in legenda

bti Johis ewate: qp qda
diuites ad eius pdicatoez
qlisi oia reliqrut pgea
videtes suos suos in
gla mudi gstitutos pe:
nitunt eos sua bona re:
liquisse. Cadz btq Johes
p spm intelliges vir gu:
las i auro z silices in
gemas orado gmuta:
uit sic: qp oia eis resti:
tuit dilicta pgmodum
quida iuuenis abto go
hane resuscitatus nar:
rauit eis de gla qua
amiserat et de penis in:
fernalibus que eos ex:
pectaret. Quibus in:
tellectis plurimu triti
et aio gstinati oia co:
tepnetes ad paupta:
te pristina iusi sut ac
mudu cu suis delicijs
penitus dereliqrut. Item
accidia qp fugat et re:
pellit. Vn legit i vitas
prm qp quida fr dixit
fem pr nimiu attedi
ar sic gtinuo sede in
hac cella. Rndit senex
nodu vidisti futura tor:
meta pctile duatua
Nã si illa i corde tuo
posuisses et si cella
vsqz ad collu esset vmi:
bus repleta sustines pa:
tient et no attediaris
vers. Et ego no oporte:
at pctorem ul etna
aut purgatorij acbissi:
ma sustine pena vel
i pnti h digne facere pe

nitēcia qs no pelegit
hic sustine z pati po:
tius qz ibi nisi dno:
fuerit mete alienatus
Vn ysidorus i sinom
mis. Intende aio qd
cunqz dolores tormetoru
quecunqz seculi penas
quascunqz dolorum acer:
bitates compa hor
torum gehene et leue
est oe qd pateris.
Itz Bnd9 i epla. Vi:
gilias times z ieiu:
nia manuumqz labo:
res s haec leuia sut
flamas ppetuas me:
ditati. Recordacio te:
nebrarum facit no hor:
rere solitudinem. Et
futuraz de vbis omnium
cogitatas discussionz no
displicebit silentiu
fletus ille et stridor
dentiu pares tibi red:
dit z tabatra z mat
ta. Itz Aug9 i smone
mens huana mudi
his illecebris et qui:
pisceris de vita su:
git laborez expetit
voluptate z vix ad
hoc deducit vt asse
vita boris gsuetudie
excludat. Ezu ite:
pelt cogitate futuri
iudicij ngitate z pe:
na eternalium crudeli:
tate volutaru bel:
lu i duxit passoib9
mota ul spe pmij ul
timoe supplicij vi fa:

cu pxstinis desiderijs et violent ipa seipsam vincere contendit sic dr Abacuk iij° Ingrediat putredo i ossib9 meis et subter me scateat tpe vitz vite pntis vt pgea requiesca i die triblacois Ecce qm fructuosa et salubris e meditato pene infernal Ezechie scribit ps. Coutat pcdoes in infernu hoc est p meditacoes illuc se transferat viventes ne pgmodu ibi cadant pe tue morientes Et ĝo bij dr Dan iij° Btg qui ituerís abissos vix p gtinua z usq memoria i une gteplacoins tormeta infernalia cordialit ituendo Sz qs sufficeret ppdera qm multiplex z varia est infernal pena et qm vtil et efficacia e ipig memoria Et igr Errat ho ve qui cu bona posset hre sponte sollt penas infernales qz latebras ignibg dispositas et ab hijs nuq rediturg

De celesti glia qrtu nouissimoz

Quartu nouissimoz qd valde z precipue dz hoies apptus retinere est gla celestis Si ho se restendit ab homicidio ul copli operimoso ne pdat tpalia quo magis dz se torre ab oi actu illicito ne amittat gaudia sempit'na vt Augg in lib. gfessionu Est gaudiu qd no dat impijs sed eis qui te gratis colut qo gaudiu tu ipe es Et ĝo scribit 1° Cor vj Iniqui regnu Dei no possidebut Imo cu maxia confusioe repellent ab eo sic goliardi z nebulones vilissi indignat repelli solet ab impatoris curia ne illic sedeat cu regibz z pncipibg i ta excellenti et sollempni mensa Dicit eni Cassiodorg sup id ps. Expelle eos qm irritaverut te dne Hic distingu qntu punisst a deitate repelli Qui eis pcca cumulant Quantitas eni delicti mensura e repudij Nuqd igr quilibz pcca vitabit z tam mortifera velciug abhorrebit qui p hec celeste gaudiu crat se nouit amissuz De hac at icophensibili gla ego paup ingenio quid loquendo pferam Si eni oclg no vidit nc auris audivit nc i cor hoīs ascendit q deg pparavit diligentibz se sic scribit 1° Cor ij° de celis quid tuc referam Certe quasi balbuciendo sicut cecus natus disputans de coloribus non considerans in ihesu christo. Et multiplici scripturarum testimonio paulisper in dicta. Est igitur breviter notandum quod quamvis ~~plicitate et gloriam plenissime attestancia~~ quamvis in regno dei sunt valde multa summe inenarrabilia eius felicitate et gloriam plenissime attestancia. ipsum tamen quo ad presens spectat atque commendatur. primo a summa pulchritudine sive claritate. 2o a bonorum omnium copiositate. 3o a maxima leticia ulterius duratione in eternitate. illa. Nam ibi est inmensa pulchritudo sive claritas bonorum infinita copiositas summi quoque gaudium et stabilis eternitas de quibus per ordinem breviter hic dicetur.

De summa pulchritudine sive claritate regni celestis

Inprimis igitur regnum dei commendatur a summa pulchritudine sive claritate. Nam ut scribitur Capitulo vi. Ipsum dicitur regnum decoris. Hinc est psalmista dicit. Domine dilexi decorem domus tue. Unde Thobie xiii. beatus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndum claritatem iherusalem. porte eius ex saphiro et smaragdo edificabuntur et ex lapide precioso omnis circuitus murorum eius ex lapide candido et mundo omnes platee eius sternentur. Item Apocalipsis xxi. Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo fundamenta muri civitatis omni lapide precioso ornata. Et xii porte xii margarite sunt per singulas et singule porte erant ex singulis margaritis. Et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est et agnus. Et civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam et lucerna eius est agnus et ambulabunt gentes in lumine tuo. Item Apocalipsis xxii. Nox ultra non erit et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis quoniam dominus deus illuminabit ~~hos~~ illos et regnabit in secula seculorum. Cui quo videtur concordare id ysaie lx. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem neque splendor lune illuminabit te sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Quia per eum est speculum sine macula et candor lucis eterne sicut scribitur Sapientie vii. Item splendor glorie ut habetur hebr. i. Nam splendor eius ut lux erit Abacuk iii. Ab hoc splendore omnes sancti in regno celorum recipiunt lucem et fulgorem sempiternum quo assidue felices letantur. Unde Judicum v.

Qui autem diligunt te sicut sol in ortu suo splendet ita rutilent. Et ideo dicitur Sap. iii° Fulgebunt iusti et tamquam scintille in arundineto discurrent. Item Mat. xiii° Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. O quam gloriosum est hoc regnum et quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, quam magnus decor, quam ingens splendor in ciuitate dei. Quam immensa claritas, quam summa amenitas in patria celesti. Vnde Aug. in libello de libero arbitrio sic inquit: Tanta est pulchritudo iusticie, tanta est iocunditas lucis eterne, vt etiam si non liceret amplius in ea delectari quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles huius vite dies plenos deliciis et affluencia bonorum temporalium recte et merito despicerent. Non enim falso vel paruo affectu dictum est: Quia melior est dies vna in atriis tuis super milia. Quare idem Aug. libro de ciuitate dei exclamans dicit: O celestis Iherusalem domus luminosa ad te suspiret peregrinacio mea et possideat me in te qui fecit te et me. Vnde Bern. Omilia in Super missus est: O quam gloriosum est illud regnum in quo reges congregati sunt, conuenerunt in vnum ad laudandum scilicet et glorificandum eum qui super omnes est rex regum et dominus dominancium. De cuius splendidissima contemplacione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Hinc propheta dicit: Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Vnde Iob xxxiii°: Videbit faciem eius in iubilo. Hanc faciem omnes aspicient qui domino fideliter seruierunt in humilitate cordis et laboribus plurimis ac operibus virtuosis. Vnde Apoc. vltimo: Serui eius seruient illi et videbunt faciem eius. Et ideo dicitur Ysa. xxxiii°: Regem in decore suo videbunt. O quam pium et quam gratum, quam suaue quamque beatum erit illum tunc videre hiis qui eum dilexerunt. Tunc certe exclamando dicent cum Abacuk iii°: Ego autem in domino gaudebo et exultabo in Ihesu meo. O quam gaudebunt quos gaudia summa replebunt. Quos illustrabit quos sic letificabit visio sancta dei splendor quoque sue faciei.

De multiplici bonorum copia regni celestis

Regnum celeste secundo commendatur a bonorum omnium copiositate. Vnde Aug. de ciuitate dei: Quod deus preparauit diligentibus se spe non attingitur, caritate non comprehenditur, desideria et vota transgreditur, acquiri potest, estimari non potest. Vnde Bern.: Merces sanctorum tam magna est quod non potest mensurari, tam multa quod non potest numerari, tam copiosa quod non finiri potest, tam preciosa quod non potest estimari. De hiis superhabundantibus bonis et diuiciis ipsius regni celestis. Ita scribitur Deut. viii°. Dominus deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium, in cuius campis et montibus erumpunt fluviorum abyssi, terram frumenti, ordei ac vinearum, in qua ficus et mala granata et oliveta nascuntur, terram olei et mellis, ubi absque ulla penuria comedes panem tuum et rerum omnium habundantia perfrueris. Ecce habes quod est terra fertilis copiosissime lacte fluens ac dulcedine mellis. Habes quod est terra ad quam exploranda missi sunt filii Dan. Sic scribitur Judicum xviii°. Cumque redeuntes dixerunt: Vidimus terram valde opulentam et uberem. Nolite negligere, nolite cessare. Eamus et possideamus eam. Nullus erit labor; tradet enim nobis dominus locum in quo nullius rei est penuria. Ita omne quod molestat ibi deest et omne quod delectat adest. Unde Augustinus: Eterna beatitudo consistit in duobus, scilicet in nimia absentia omnis mali et nimia presentia omnis boni. Ibi enim quicquid quod ibi est aliud non potest videri nisi quod bonum est ibi est, et quod mali est ibi nunquam est. Et ergo dicit Gregorius: Nichil est exterius quod ibi appetatur, et nichil interius quod fastidiatur. Ideo quia scribitur Apocalypsis vii°: Non esurient neque sitient amplius, et non cadet super illos sol neque ullus estus, quoniam agnus qui in medio throni est reget eos et deducet illos ad vite fontes aquarum. Et ibidem ultimo: Ostendit mihi flumen aque vite. Qui sitit veniat, qui vult accipiat aquam vite gratis. Qui autem biberit ex hac aqua non sitiet in eternum, sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam, ut habetur Johannis iiii°. O quam felix patria, quam beata terra, ubi deus erit omnia in omnibus et nullius rei penuria seu aliquis defectus. Ecce habes quod pascua locus est patrie celestis, ubi non deerit, in quo fideles suos dominus suaviter refocillabit et ac perpetue collocabit. Unde Ezechiel xxxiiii°: Dicit dominus: Inducam eos in terram suam et pascam eos in montibus Israel, in rivis et in cunctis sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eos, et in montibus excelsis erunt pascua eorum. Ibi requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguibus pascentur supra montes Israel. Ipsi enim sancti pascentur in cognitione summe veritatis, et illa erunt pascua uberrima. Hinc ingrediatur ad cōtēplādū diuītate sue egrediat² ad ꝯsiderādū huāni^tez. vtrobiqꝫ īueiēt plenā sacietate ps̄ h̄ po. Ingredie² et egrediet² et pascua īueniet. Jt' pascet² ī delectacōe et fruicōne sūme suauitatꝭ. Et ia erit pascua pinguia vn̄ dr² ī ps̄. Eo adipe frumēti saciet te. Adeps hꝰ frumēti ē delectacio et suauitas q̄ causat² ex visiōe dei hꝰ qd' aore sc̄ adipe et pinguedīe repleat² aīa mea. pascet² eciā ī eternitate ꝑpetue secūitatis et illa erit pascua vireīa. Nūq̄ eni arescet sꝫ sp̄ virescet et ī pulchritu^ne ꝑpetua durabit. Sꝫ q̄lis p̄ria et q̄m bona t̄ra vbi tā vberīa pinguia et vireīa erit pascua btōꝝ. vere hec est t̄ra viuēciū ī qua credimꝰ tot ꝛ tāta vide bona dn̄i. vn̄ dr² ī ps̄. Replebimꝰ ī bonis domꝰ tue. Et que sūt illa bona q̄bꝰ t̄n replebimꝰ n̄ illa copꝛehensiblis gl'a btōꝝna ut dt Bn̄dꝰ ī sermōe dedicacōis ad ꝑmaqtez dei s̄ta aīa rōnalis celis q̄bꝰ omnia pt replerꝛ dimo nō pt. Capace n° dei q̄d deo mīꝰ est non implebit. hac cessabili gl'a nō solū implebimꝰ v̄ꝫ ecia vsqꝫ adsumū īebriamꝰ. Vnde Jere. xxxi°. Inebriabo sacerdotū aīas cū pinguedine. hoc faciet ī cela magna ꝑpata fidelibꝰ. Tūc eni p̄cinget se ꝛ faciet illos discūbe et trāsiens mīstrabit eis fercla sue gl'e et vinū mire suauitatꝭ et leticie ipis exhibēdo. Tūc dicet² illis discūbētibꝰ id' Can v°. Comedite amici et bibite et īebriamini kꝛmi hinc scribit² ysa. xxxv°. Inebriabim̄ et nō a vino. Et vnde īebriabūt² illi. Cte a gaudio multiplici ꝛ gl'a celesti. O deꝰ eterne q̄ dulciter et plene tūc fideles tui īebriabūt² ab vb'tate domꝰ tue ꝛ torrēte voluptatꝭ tue q̄m apud te est fons vite ī defiriēs btitudinis et gl'e. Vtiqꝫ hec domꝰ dei latitudo ī longitu^ne dierꝫ. Ipa eni ē domꝰ dn̄i diuiciis referta et ciuitas deinī bonis oībꝰ adimpleta. Vn̄ pt' scribit² ysa. xxxiii°. Oculi tui videbūt ihrlm ciuitate opulēta huiꝰ ciuitatꝭ opulēcia seu bonoꝝ copiositas ꝛ maxima habūdācia nō solū pꝫ ex ꝑdcis. Sꝫ ecā ꝑpter ex multitu^ne eiꝰ pacis in qua delectabūt² māsueti qui hereditabūt illā t̄ra supiꝰ expssā vn̄ ysaie lv°. In leticia egrediemiet i pace deducemini. Quanta vbiq3 ihrlm habundancia pacis aug i ppetuu nuq3 erit finis. Vn scribitur ysa lv. Et eiusdem xxxii. Sedebit pplus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie et requie opulenta. Et qd dr Vn Thob. xiii. Iherlm ciuitas dei bti oms q diligunt te et qui gaudent sup pace tua. Ita sancti habet Ezechiel xiii. Inte videt sci visiones pacis. Ibi pax sup pace. Ibi pax summa que exsuperat omnem sensum nc nb antedit hudiu i ihrlm. Qui in tante pacis voluit ee pticeps fuisse et hr i celis distat hic humiliter pati hic inter. Ita ut scribitur i aurora ad tapeltura requie paciendo venit. Nec nisi ppenas sapiens hac pace patitur.

De maiori et stabili leticia regni celestis

Postmo regnu dei comendatur a maiora leticia inqtum durate i etnitate. Vn Grego i omel. Que lingua dicere ul quis intellectus capere sufficiat illa superne ciuitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse cu beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultu cernere i cospectu lumine videre nullo mortis metu affici i corruptionis munere ppetue letari. Certe h est ciuitas dei nra ihrlm urbs bta ihrlm inq3 q ut ciuitas edificatur. O ciuitas ciuitatu i qua sut tata gaudia et leticie btoru. Vn ysa vltio. Letamini cu ihrlm et exultate i ea oms qui diligitis ea. Gaudete cu ea gaudio vniuersi q lugebatis sup ea vt sugatis et repleamini ab vberibus cosolacois eius vt mulgeatis et delicijs affluatis ab oimoda gloria eius. De imensa huius ciuitatis felicitate et glorie dt Aug i li° de ciuitate dei. Quanta erit illa felicitas vbi nullum erit malu vbi nullum latebit bonu vacabitur dei laudibus qui erit oia i oibus. ysa lxiiii. Oculus no vidit deus absque te q ppasti exspectantibus te que sunt donatura eis i maiora leticia ppetue possidenda. Vn eiusdem xxxv. Veniet in syon cu laude et leticia sempitna sup capita eorum hic 3 post dt. Nouit dns dies i maculatorum et hereditas eorum i eternu erit. Vnde sic scribitur Thob. xiii°. Magnus es dne i eternu et i oia secula regnu tuu. Vnde Aug i li° de ciuitate dei. Vocabimus videbimus et amabimus et laudabimus

De maiori et stabili leticia regni celestis.

Ecce quid erit in fine sine fine. Ita quibus nunc aliquis est finis, non pervenire ad regnum cuius nullus est finis. Verissime regnum tuum domine regnum omnium seculorum. Et dominacio tua in omni generacione et generacionem. Et ideo scribitur Thobie xiii°: Benedictus dominus qui exaltavit Jerusalem ut sit regnum eius in secula seculorum super eam. Sic super omnia. O quam gloriosum est illud regnum in quo cum Christo gaudent omnes sancti amicti stolis albis sequuntur agnum quocumque ierit. De quo regno seu futuro seculo sic dicit beatus Augustinus De conflictu viciorum et virtutum: Recedat amor presentis seculi in quo nullus ita nascitur ut non moriatur, et succedat amor futuri seculi in quo omnes ita vivificantur ut deinceps non moriantur. Ubi nulla adversitas turbat, nulla necessitas angustiat, nulla molestia inquietat, sed perhennis leticia ibi regnat. Hoc est quod scribitur in psalmo: Iusti epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in leticia. Item ysaie xxxv°: Gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus. Unde Apocalipsis xxi: Absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra quia prima abierunt. Item ysaie xxv°: Auferet deus omnem lacrimam ab omni facie et obprobrium populi sui auferet de universa terra, et dicet in die illa: Ecce deus noster, expectavimus eum et salvabit nos. Iste dominus, sustinuimus eum, et exultabimus et letabimur in salutari tuo. O quanta leticia, quia non solum in anima sed in corpore eorum fluet gaudium. Unde ysaie lxi: In terra sua duplicia possidebunt. Et proverbiorum ultimo: Omnes domestici eius vestiti duplicibus, id est stolis duabus, quarum una scilicet anime iam possidet beate, et reliquam scilicet corporis expectat accepturi. Quia non solum erit eis gaudium de bonis operibus propriis sed etiam de meritis singulis omnium beatorum. Unde dicit dominus Jeremie xxxii: Habitare eos faciam confidenter et erunt mihi in populum et ego ero eis in deum. Et dabo eis cor unum et animam unam, non unitate substancie sed vinculo caritatis. Ecce homine si anima martiris vel confessoris vel virginis et anima tua hic erit una, cum videretur quod illorum gaudium esset tuum. Simile est de anima apostoli seu cuiuslibet alterius sancti. Hinc Gregorius dicit: Tanta vis caritatis omnes sociat ut bonum quod quis in se non suscepit in alio se gaudeat accepisse. Certe istud admirandum et multiplex gaudium in cor hominis non ascendit. Et ergo quilibet totum ipsum gaudium intrabit

et sic gaudium suum plenum
erit. Vnde intus et extra sublimius et
super omnia excogitari inestimabi-
liter gaudebit. Primo de pu-
ritate conscientie. Secundo de cor-
poris glorificatione. Tertio
de celi et aliarum creaturarum
pulchritudine et innovatione. Quarto
de dei visione et fruitione. Quinto
de angelorum et omnium sanctorum
iocunda et delectabili consoci-
atione. Vere vere nec potest co-
gitare quantum est exul-
tatione tue in celis habitare et cum
angelis regnare. Et ergo Ber-
nardus super Matth. xxv. Intra in gau-
dium domini tui. Intra tu huius
gaudium. Vnde ipsum non po-
test intrare cor tuum. De
immensitate gaudiorum celes-
tium sic inquit Bernardus libro
suorum meditationum. Ibi to-
tum letitia totum exultatio
possidebis homines quam angeli
dilectati sine ulla carnis
infirmitate in perpetuum permane-
bunt. Ibi iocunditas infinita
beatitudo sempiterna in qua nu-
llus sensus capit potest tenere. Ibi
requies a laboribus pax
ab hostibus. Amenitas de no-
vitate. Securitas de eternitate.
Dulcedo et suavitas de dei
visione. Et hoc illic habitare
vehementer non desiderat et
propter pacem et propter amenitatem
propter eternitatem et propter dei
visionem. Item idem alibi adhuc
idem Bernardus. Tanta est iocundi-
tas et suavitas illius patrie
celestis ut si non liceret ibi
esse nisi per unius hore spatium
omnes dies huius vite ple-
nos deliciis merito contemp-
neret. Cum comparatum

aliunde dies suavitas do-
lor et dies iocunditas
meror. Omne dulce a-
marum. Omne decorum fedum
et omne aliud quod delecta-
ri possit molestum. Cum
dei bonitas in infinitum
excedit omnem aliam boni-
tatem. Vnde hoc deus quod mihi
est in celo et a te quid vo-
lui super terram. Cum hec omnia sint
desiderabilia super aurum
et lapidem preciosum multum
et dulciora valde super
mel et favum. Vnde quid diceret
de hac patria quid de
Jerusalem urbe tam beata
per cuius vicos sic scribitur
Thobie xiii. In te sonat
iocunde et dulciter cantatur
alleluia. Vnde psalmus. Gau-
dium et letitia invenietur
in ea gratiarum actio et vox
laudis. In templo enim
eius omnes dicent gloriam. Et
vere merito vox exulta-
tionis et salutis resonat
in tabernaculis iustorum.
Vnde in civitate domini ibi so-
nant iugiter organa sanctorum
qui tribulationum et penarum
laborumque et omnium miseri-
arum pariter iam obliti per-
fruuntur et iubilo celesti.
O quam letabunde que sola-
nit et proclamare canet in
consolatione qui ingemuit
fleuit et clamavit. De hac
civitate loquitur adhuc Bernardus
in libro meditationum. Civitas
celestis magno secura pa-
tria tota continens quod de-
lectat. Ibi in populo quietus
populus sine murmure quam
[illegible] dei sedete civi-
tas dei. Sic letantium omnium

hitacō ēmte Ibi pax pie-
tas boītas lux vtq sple-
dor honestas Gla laus
reqes aor z ꝯcordia dul-
cis Gaudia leti^e dulcedo
vita phēnis De hac ait
phēni vita bti ert eti
et securi q̄ nūq̄ i ppetuū
eā amittēda Ysaie
.xxxij.o Securitas est vsqz
i sepitinū Et ezechiel
.xxxiiij.o hitabūt confi-
dent absqz vllo timore
Et pu. i.o Qui me audi-
erit absqz troe requiescz
et habūdātia pfruet^z
maloꝝ timoe sublato
pn Augg. btitudīe omn
bonoꝝ celestiū pfruat
securitas etna q̄ si sola
deessz oīa bona celesti-
a qntucuqz dulcia va-
nescēt z vilescēt ex
timoe amittēdi Et io
assecurādo dt btq Joh
.xvi.o Gaudiū vrm̄ nēo
tollet a vob O domq
dei Ciuitas regis mag-
ni q̄ inmābilia q̄ gra-
dia et etnalia scīta
tua gaudia q̄ multe le-
ticie q̄m felices tue in-
cole Vn̄ ps bti q habi-
tat i domo tua dn̄e in
i secla secloꝝ laudabt
te Quis em cognoscat co-
pos sue mgt q rctq
i excelsis te laudat celi-
cus oīs Hinc ait leticie
seu celestis gle ppetu-
tas i deficiēs ex hō per-
pendi^z qz oliua ꝯpat^z
Vnd Ozee .xiiij.o Erit q̄i
oliua gla eiq Oliua
em i deficiet tā i hyeme

q̄ i estate sꝫ virescit Et
io i deficibile et etna istiq
gle pmāentia desigt.
q ex diutūitate n̄o defi-
cit sꝫ magis inouabi^z De
hac etna gla sic dt Crisq
libello de repacoe lapsi
Qz ne eit voluptas q le-
ticia ee cū xpo cū ala
ad ppam gnositate reg-
sa cū fiducia la cepit do-
minū suū vidē Explicari
nō pt magtudo iq letitie
Ilo em solū phis exul-
tat q̄bq pficiūt tūc i
pena sꝫ mltomis p eo-
gaudz q bonoꝝ stlozꝝ sit
nllm fine futuro Et q̄
eit ppetuitate gle si
fine pmāsu^e Certe gla
hec est oībq scīs eiq Sa-
cti exultabūt i gla leta-
būt^z i cubilibq suis Vn
Qz i xpi vestigia secuti
fuerit in tris. cū xpo reg-
nabūt gla et honōe co-
ronati etnal^r. i celis O di-
lecte mi q̄ ieffabilit tūc
gaudebis Cū ad illa gau-
i etna gla fuers translatq
Tūc dices vtiqz exclama-
do id ysa. lxi.o Gaudēs gau-
debo i dn̄o z exultabit
aīa mea i deo meo qz in-
duit me vestimētis salutis
Vn̄ sic scribi^z Job .xxij.o
Tūc sup oīpotētez deli-
ciis affluēs et eleuabis
ad deū faciē tua z i vijs
tuis splendebit lumē De
q̄o hēt^z Eccl. xi.o Dulce
lumē z delctable ē vidē
solē id ē xpm̄ q̄ cognoscē
z mgit intuei excellit
oē gaudiū hq mūdi Nec

inicio na eius viso et noticia que sanctorum gloria et vita eterna. Unde Joh. xvii. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum verum et quem misisti ihesum xpistum. Et cum ad hanc cognitionem pervenerit ipsum deum facie ad faciem videbit et cognoscet eum sicuti est. Hinc ea diuina quod erit gaudium excellentissimum sanctorum et origo omnium gaudiorum hic et quod. Unde dicit in sermone. Revera illud est verum et summum gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur. Et vere utique fiet cum tibi ostenderit faciem suam. Et ex propheta exoptando dicit. Faciem tuam domine requiram. Faciem mea gloriosa sibi gaudiis et delicijs plena. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quamdiu carebo tanto bono et usquequo sic subtrahor a deo salvatore meo. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte dum dicitur mihi cottidie ubi est deus tuus. Et non videbo gloriam domini. Quando veniam et apparebo ante faciem dei mei qui letificat me in gaudio cum vultu tuo. Vere hec visio qua deus facie ad faciem sic videtur est mihi celum. Et si dici potest paradisus est centum milium paradisorum. Ubi ex fonte limpidissimo et ex aqua viva. Et vita bibitur. Beata hic et quod scribitur Apoc. lx°. Tunc videbis faciem dei et affluens delicijs et gaudijs spiritus et mirabitur et dilatabitur cor tuum. O quam bonus deus istis hijs qui recto sunt corde qui tot et tanta gaudia ipsis gratis vult conferre. Dilecte amice predilecte ista libens audis et ad hec pia gaudia plaudis. Non tamen ignores per magnos ista labores debes acquiri non fortuitu reperiri. Unde Bernardus in omelia. Delectat mentem magnitudo premiorum sed non deterreat certamen laborum. Ad magna enim premia pervenire non potest nisi per magnos labores. Unde Paulus egregius predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et plerique nolentes sic vivere tamen desiderant sic mori. Cupiunt enim quod preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Etiam cognoscunt quod non decedit dilectionis suis scriptum esse hereditas domini. Et ipsi sciunt quod beati mortui qui in domino moriuntur. Volunt esse participes cum eis quibus dominus dicit Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Volunt regnare cum domino sed nolunt secum pati. Talis erat balaam ariolus qui considerans castra filiorum israel et intelligens eterne beatitudinis repromissiones eis a domino facta dicebat Moriatur anima mea mor

te uxorem et fient nonus
sia mea hora filia fina
bus appetens gloriam. Sed
labores abhorrebat quibus
gloriam merebatur. O bone Ihesu
volumus tibi omnes conregnare
nolumus tamen pati tecum labo
rare. Tu elegisti paupe
rtates et miserias nos vero
voluptates et delicias. Tu
quidem carnis asperitates nos autem
quomodolibet. Unde Bernardus
nascitur dei filius cuius ar
bitrio erat quodcumque vellet
eligere tempus. elegit quod mo
lestius est presertim parvulo et
pauperis matris filio qui
tale destructor. Job xxi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et hoc patuit in chore et sibi adherentibus Num. xvi. Et ideo si arguunt ihesum destruxisse verbum dei eadem racione sequitur quod deus destruxit verba sua que e‑riglm et conscriptum. Nam ore tenus in verbis dei in eadem contextu littere talis modus loquendi contrarius de obstinatis et penitentibus frequenter invenitur. Deut. xxxii. Ego occido obstinatos et ego vivere facio si penitentes. Et in ps. lxxvii. Cum occideret eos querebant eum. Occisio refert ad obstinatos peccatores. Requisicio vero ad penitentes qui aliorum pena territi penitebant.

Decimo accipit iudeus illud quod dicit ihesus. Math. xxi. Mane autem revertens in civitatem esuriit et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam et nichil invenit in ea nisi folia. Unde et ait illi. Nunquam ex te nascatur fructus usque in sempiternum. Et arida facta est ficulnea continuo. Ex hoc arguit sic. Si ihesus fuisset deus cognovisset a longe fructum ficulnea non habere nec ad eam ivisset. Item cum ipse dicat. Benefacite hiis qui vos oderunt. quomodo maledixit arbori que nichil nocuerat ei. Et ideo videtur hoc fecisse ex ira et perturbacione. Respondeo quod ihesus non solum in quantum deus quem nichil potest latere scivit in arbore fructum non esse sed etiam cognitum homo quilibet etiam satis simplex poterat scire cum non esset tempus ficorum ut dicitur Marc. xi. Ad quid ivit ergo ad arborem fructu vacuam. Respondeo quod sicut prophete in veteri testamento aliquid prophetabant verbis aliquando sensibilibus signis. Sicut Ieremias predixit destructionem civitatis Ihrlm per Caldeos et portavit cathenas ligneas in collo suo ut habetur Iere. xxvii. ad significandum quod cathenis vinctus populus ducetur in captivitatem. Ita ihesus qui dicitur propheta magnus Luc. vii. De quo predictum fuit Deut. xviii. Prophetam suscitabit deus vobis de fratribus vestris. Destructionem civitatis Ihrlm futuram propter racionem predixit Luc. xix. eo quod non cognovisset tempus visitacionis sue. Luc. xix. Que quidem cognicio ad sacerdotes et legisperitos pertinebat. Et ideo destructionem eorum et populi significabat per sensibile signum arboris fructu carentis. Nam ipse veniens ad sacerdotes et legisperitos quos fructum bonorum operum esuriebat vacuos bonis operibus invenit et per maledictionem arboris eos a deo maledicendos significavit et per eius arefactionem eorum destructionem designabat. Nam postea civitate capta per Romanos cum sacerdotes misericordiam peterent Titus eos interfici iussit dicens eos esse reos. Patet igitur ex predictis quod ihesus circa ficulneam nichil fecit ex ignorancia seu perturbacione sed ex magna racione.

Undecimo accipit iudeus verba ihesu. Math. xxi. Cum venit ihesus in

villa que dicitur Getsemani
cum illis et dixit discipulis
suis Sedete hic donec
vadam et orem Et assumpto
petro et duobus zebedei
filiis cepit contristari et mestus
esse tunc ait illis Tristis
est anima mea usque ad mor-
tem Et cum procidit in faciem
suam orans et dicens Pater si
possibile est transeat a me
calix iste Sed hiis dictis
arguitur sic Si deus est quo
oravit Ipsius enim dei non est
orare sed orari ab aliis ut
sic loqui liceat Item quis
audivit loqui de deo tre-
mere et timere cum deus
sit omnipotens ad faciendum quod
volt sine difficultate Si autem
dicatur quod iste tremor et ti-
mor fuit in carne et non in
anima quis est ita fatuus qui
ignoraret carnem tremere do-
lere et timere nisi per animam Item
per hoc quod dicit Transeat a
me calix iste patet quod in eo
non fuit virtus ad salvandam
vitam suam et carnem Per
superius dicta faciliter quia solui
fuit ita declaratum est super
prophetias iudeorum et hebreorum
quod messias in veteri testamento
promissus futurus erat verus
homo et verus deus in una persona
Item quod redempturus erat mundum
passione sua in humana natura
et quod Ihesus nazarenus est
verus messias promissus
iudeis In ipso habuit corpus pas-
sibile et mortale per nostra re-
demptione usque ad suam resur-
rectionem in qua habuit corpus
immortale et glorificatum
Dicendum igitur quod Ihesus nazarenus
in humanitate pro nobis assumpta
in qua est minor patre ora-
bat nam pro nobis sic scribitur Ysa-
ie liii et pro transgressoribus ora-
vit ut non perirent Quod ca-
pitulum intelligitur de ipso Ad
hebreos sic ibidem multipliciter decla-
ravi Oravit ergo ipse ipso
Jo xvii Pater clarifica filium
tuum Etc Et arguitur de do-
lore tristicia et timore Dicendum
quod ista non fuerunt in natura di-
vina quia hoc est impossibile
nisi tantum methaphorice Sic idem Genesis
vi dicitur et tactus dolore cor-
dis intrinsecus Delebo inquit
hominem quem creavi de facie
terre Sed nunc in natura humana
quantum ad partem superiorem anime que
est intellectiva in qua Ihesus
sue ab instanti conceptionis
fuit et comprehensor et summo
gaudio fruebatur Sed quantum
ad partem inferiorem anime que
est sensitiva et est in organo
corporali in quo Ihesus fuit vi-
ator fuerunt ista posita ad
opus nostre redemptionis ordi-
nata et ut in ipso ostenderetur
vera natura passibilis contra futu-
ros hereticos qui dicturi
erant quod ipse non habuit
corpus passibile sed celeste Quod
autem ulterius arguitur quod dicit
Transeat a me calix iste
Dicendum quod hec petitio erat sensu-
alitatis sic molestum que na-
turaliter horrebat mortem Sed erat
rationis sic proponente tamen per-
qua tamen ratione Ihesus accepta-
bat mortem quia voluntas ra-
tionalis totaliter erat in eo vo-
luntati divine conformis Ideo
dicebat Verumptamen non
mea voluntas sed tua fiat
et accipitur hic voluntas
pro sensitivo appetitu que-

intellectus appetitus superabat. Ideo de ipso scribitur Ysa. liii° ca° Oblatus est quia ipse voluit. In hebrayco habetur Angustiatus est quia ipse voluit. Et eciam infra eodem ca° dicitur de ipso Tradidit animam suam in mortem et cum sceleratis reputatus est. Et propter hoc dicebat Mt. xxvi° capitulo Spiritus quidem promptus est, id est voluntas racionis prompta est ad mortem, caro autem infirma, id est sensualitas horret eam. Et hoc non solum invenitur de ihesu nazareno sed eciam de martiribus in novo testamento, sicut patet de multis, et eciam de veteri testamento de machabeis ab anthyocho tormentatis, et de heleazaro de quo dicitur ii Machab. vi ca° Qui cum plagis perimeretur ingemuit et dixit Domine qui habes sanctam scienciam et scis quod cum a morte liberari possem duros corporis sustineo dolores, secundum animam autem, id est secundum partem anime superiorem, libenter hec patior. Contra autem quartum arguit Judeus quod cristus non dolet non timet non contristatur nec paciatur, verum est paciatur spiritualiter. Sed qui nescit distinguere inter sensum et intellectum iste facit ridiculosum argumentum.

Duodecimo accipit Judeus verbum cristi dicentis apostolis Mt. ultimo Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et ex hoc arguit quod Jhesus non sit deus, quoniam si esset potentissimus non acciperet ab alio potestatem. Si autem dicatur quod a patre data est ei omnis potestas, non valet, quia christiani dicunt patrem et filium esse equales. Dicendum quod in ihesu duplex est potestas, sicut in eo est duplex natura. Una est potestas divina quam habet ab eterno, non tamen a se sed a patre a quo est distinctus in persona, non tamen in hoc minor est patre quia ab eo accipit eandem naturam et potestatem, sicut superius dictum est. Et nunc hic non loquitur hic de ista potestate sed de alia quam accepit in humana natura. Nam ab instanti assumpcionis humane nature ad personam filij illa natura habuit excellenciam super omnem creaturam et auctoritatem, non tamen executive. Nam inter homines apparuit in forma servi in humana natura passibili propter misterium nostre redempcionis adimplendum, sicut fuerat predictum Ysa. liii ca° Vere languores nostros ipse portavit et dolores nostros ipse tulit. Disciplina pacis nostre super eum et livore eius sanati sumus. Quod intelligitur ad literam de cristo, eciam secundum antiquos doctores hebreorum, prout ibidem plenius declaravi. Sed in sua resurreccione recepit hanc potestatem executive, unde dixit Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, eciam in iudicio finali omnia erunt subiecta sibi, sicut ostendit apostolus ad hebr. ii ca° Propter hanc potestatem que finita est non est equalis patri. Sic ergo patet ad obiecta Judei ex hiis verbis ewangelij secundum quod ad me devenerunt.

Terciodecimo Iudeus arguit ex verbis xpianorum dicens Vos dicitis quod creator omnium vnus est et quod xpc vester est filius eius et quod descendit de celis sine separacione a patre et spiritu sancto Ergo vos dicitis quod filius descendit in uterum virginis gloriose Si tunc pater et spiritus sanctus fuerunt ab eo separati aut non Si dicitis quod sic est contradictio in verbis vestris quia dicitis quod descendit sine separacione ab eis Si vos dicitis quod non sequitur quod pater et spiritus sanctus sint incarnati sicut et filius quod vos negatis Dicimus quod descensus filii virginis in utero non est intelligendus per motum localem sed per nouum effectum in virgine cuius effectus est coniunccio diuine nature et humane in vna persona Hec igitur coniunccio potest considerari dupliciter Vno modo effectiue et sic facta fuit ab hiis personis scilicet a patre et filio et spiritu sancto Nam eorum opera sunt indiuisa Alio modo terminatiue et sic illa coniunccio est terminata ad personam filii propter quod solus filius dicitur incarnatus Licet autem de hoc poni non possit conueniens exemplum quod non habeat plus de disconueniencia quam conueniencia tamen quantum ad aliquid potest poni conueniens Ponatur igitur tres Sortes Plato Iohannes tractat matrimonium Berthe cum Sorte qui est media persona Si igitur queratur a quo est ista matrimonialis coniunccio effectiue patet quod a tribus Si vero queratur ad quem est terminatiue patet quod ad Sortem tantum propter quod ipse solus dicitur et est Berte maritus Sic similiter modo est in proposito quia licet pater et filius et spiritus sanctus sint vnum in natura tamen sunt distincti in personis Incarnacio non terminata est ad filium per quod personaliter distinguitur de patre et spiritu sancto non tamen dicitur separatus ab eis quia nomen separacionis non accipitur in diuinis quia significat diuisionem essencie non sunt autem nomina distinccionis Sic igitur patet quod ad dictum xpianorum de xpi incarnacione non sequitur contradictio sed aliquod inconueniens

Quartodecimo accipit sic Iudeus Ego audio a vobis xpianis Vester xpc vester fuit mittens vel missus Si dicitis quod missus cum sit vnus deus audiuit missum ad aliquid quod dicit hoc est absurdum Si autem dicitis quod sit mittens vos facitis eum mendacem quia dicit Et ego non a me loquor sed ego et qui misit me pater Dicimus quod dei filius est mittens et missus fuit enim missus in mundum a patre et spiritu sancto in sua incarnacione vnde causa sic supplicis fuit declaratum per auctorem Ysa c. xlviij Et nunc misit me dominus et spiritus eius Hoc dicit redemptor tuus Israel Et eciam mittens spiritum sanctum sicut dicitur Ioh. xv Mittam vobis spiritum veritatis Dicendum quod missio aliquid importat duplicem habitudinem Vna ad mittentem sicut qua aliquo modo missus procedit a mittente Alia ad terminum ad quem mittitur sicut qua missus est ubi prius non erat. Vel aliter ibi alio modo quam prius. Aliter autem in divinis non est processio unius persone ab alia secundum motum localem vel separationem realem, tamen est ibi processio secundum originem, quia Filius procedit a Patre et Spiritus Sanctus ab utroque. Sicut in nobis modo suo verbum intelligibile procedit a mente non exiens ipsam sed intus. Et similiter amor procedit ab utroque. Ergo Filius et Spiritus Sanctus habent habitudinem ad mittentem et habent habitudinem ad terminum missionis. Ratione tamen sic intelligendo quod incipiat esse ubi prius non erat simpliciter, sed de novo esse. Sunt ubique per potentiam essentiam et presentiam, sicut patet Ieremie XXIII: Celum et terram impleo dicit Dominus. Sed sic intelligendo quod incipiunt esse ubi prius erant tamen alio modo, et hoc modo Filius dicitur in mundum missus esse a Patre quia incepit ibi esse ut homo ubi tamen prius erat ut Deus. Iohannis I: In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit, in propria venit et sui eum non receperunt. Et similiter Spiritus Sanctus dicitur missus apostolis visibiliter quando super eos apparuit in signo visibili. Et hoc modo prius non erat ibi. Et cottidie mittitur invisibiliter ad sanctificandam creaturam rationalem quia incipit ibi esse per gratiam sanctificantem ubi tamen erat prius per essentiam potentiam et presentiam. Ad argumentum Iudei patet quod non est concludens dicendo quod Filius est mittens et missus quia non secundum idem etc.

Ultimo arguit Iudeus in libro Symonis Cephe dicit Ihesus: Ecce Sathan studet ad impediendum me. Et ex hoc arguit dicens: Certe non confundimini vos propriam dicere istum Deum sic loquentem. Dicendum quod iste liber apocriphus. Unde in epistolis Petri et alibi non invenitur de Ihesu Nazareno hoc dictum, tamen si dixisset et secundum sufficienter nullum sequeretur inconveniens. Nam supra declaratum est quod ipse est verus Deus et verus homo in una persona. Ipse ut homo licet aliter sicut Deus permisit se inquietari hominem a dyabolo temptari et de loco ad locum portari ut supra dictum est. Quia Pater et Spiritus Sanctus sunt unus Deus cum eo, igitur ab istis fuit eorum permissio. Igitur si Sathan hominis permissione sufficienter quare ad Iudeos arguit. Ex hoc nullum sequetur inconveniens. Patet ergo in hoc Iudei falsitas quod obiectiones suas in aperto mendacio terminavit etc.

Explicit responsio fratris Nicolai de Lyra ad quendam Iudeum etc.

Sermo proxima dominica post octauam epiphanie

Oracioni instantes necessitatibus sanctorum communicantes. In epistola presentis dominice. Originaliter ad Romanos xij. Beatus Augustinus iiij° libro de doctrina christiana loquens de predicatione diuini verbi dicit sic: predicator diuini verbi prius sit orator quam dictor, et in ipsa hora accedens prius quam exerat proferentem linguam ad deum leuet animam sitibundam ut inhauriat unde quod proximis aliis effundat habunde. Et subdit statim: hoc se posse pietate orationum magis quam oratoris facultate non dubitet. Cuius dicti racio potest colligi ex illo Aristotelis in 2° methaurorum ubi dicit quod ad hoc ut pluuia descendat de celo ad terram ipsamque inebriet et fructificare faciat, est necesse ut prius nubes seu vapor aquosus eleuetur de mari in altum usque ad aeris mediam regionem seu interstitium per eos, quia ut idem Philosophus dicit ibidem, vapor aqueus in altum ascendens est materialis causa pluuie descendentis. Sic spiritualiter suo modo contingit. Nam ad hoc quod pluuia spiritualis et gracie descendat de celo ad eos in terra arida nostri cordis que est sicut terra sine aqua, teste psalmista, et ipsam fructificare faciat et valeat, oportet ut nubes seu vapor sancte et deuote orationis eleuetur de mari, id est de corde humili et contrito, et ascendat usque ad media aeris regionem, id est ad mediatricem Mariam, quia ut dicitur iij Regum xviij: Nubecula parua ascendit de mari quasi vestigium hominis, et sequitur: statim et facta est pluuia magna. Propter quod dicitur Iacobi v quod orauit Helyas et celum dedit pluuiam. Igitur reuerendi patres et domini ut valeamus recipere pluuiam graciarum in principio nostri sermonis, nubeculam paruam, id est oracionem humilem et deuotam, premittamus ad mediam aeris regionem, id est ad mediatricem Mariam, ipsam more solito salutantes et dicentes: Aue Maria etc.

Oracioni instantes et sanctorum necessitatibus communicantes, vbi supra. Reuerendi domini. Sicut nos videmus in corpore nostro materiali et in ciuitate terrena seu politica et mundiali, sic suo modo se habet in corpore mistico et spirituali quod est sancta mater ecclesia seu congregacio fidelium. In corpore enim nostro materiali videmus quod sunt membra varia et distincta, distinctos actus et operaciones habencia, sicut oculus cuius est actus videre, auris audire etc. De aliis. Omnia tamen membra iuuant se mutuo et vnum impendit alteri subsidium et adiutorium quantum potest. Et hoc faciunt ut conseruent se in esse et totum corpus, ex cuius conseruacione corporis tota salus et vita dependet. Sic etiam videmus in ciuitate terrena et mundiali bene ordinata omnia. In huiusmodi enim ciuitate sunt ciues varii et diuersi tanquam diuersa membra in uno corpore pollitico et ciuili, ad diuersa officia et opera ordinati. Quidam enim sunt milites ad defendendum, quidam iudices ad regendum, quidam medici ad medicandum, alii mercatores, alii laboratores et artifices varii et diuersi habentes operaciones varias et diuersas. Et quanto sunt plures artifices et diuersi in ciuitate, tanto ciuitas est perfectior.

Sermo proxima dominica post octauam epiphanie et noblior vt pbat ille phus in 2° polli(tice) cont(ra) socrate et plone q(ui) dicebat q(uod) int(er) cives maioria d(icitur) ee eqlitas / q(uia) si omes cives eent eqles ia civitas ee no posset. Sic si tota vniuso eent equalia ia no esset nec ea posset ee vniusu. Inpossile em est vt verior teriz opis Duas spes eqlit(atis) distate apo / z gstat q(uia) i hg civilitate vnq civis de sua arte et opacoe qua facit iuvat aliu / z alt equiso z p hunc modu civitas gsndat et ppetuat i ee. Sic igi(tur) e in nro corpe mali ac civitate trea z mundiali vt declatu e / sic suo mo se hz et hre d(icitur) et pfectig i corpe mistico et spuali qd e sacta mr eccia seu fidelin gregaco. Sunt n(am) i isto corpe diusa z vaia mebra ordiata ad vaias opacoes et actg. Aliq em sut potifices et plati / aliq doctoes z mgri / aliq pdicatoes et apli / alij actini quida gteplatini. In qua dicebat Augg. Aliq sic aliq sic ibat. Et io ad hoc q(uod) corpg istud misticu saluet(ur) et gsuet(ur) ac ets aliq mte(nt)ur oportz ut mebra eig mutuo se iuvet et sibi iuice det subsidiu. Duo at sut pripue subsidia seu adiutoia quibg mebra ista put et dnt sibi mutuo subvenire z pmu et pricipiu e subsidiu spuale z istud e oro pt qd dicebat bts jacobg in canoica sua ultio ca. Orate pinicem vt salueum.

Secdm e subsidiu corpale s(cilicet) elemosina corpal de qua Johes 1a canca iij dicit. Qui quis videlt fratrem suu neccitate hre z clauserit viscera sua ab eo quo volens. Igi(tur) aplg glosg vt corpus misticu sce ecce gserue(tur) z gtinue augmete z crescat inuadat nob mebris elg vt h(ec) duo subsidia nob adinice pbeamg diceƀ Orom tc. In quibg ubis glosus aplg duo facit. Pa pmitti(tur) actg valoris qui impatur Orom istates anecti(tur) freq amoris qui respat(ur) necitatibg scoꝝ gicantes / go bene actu frepta qz mete erigit Orom istates fructu repsa qz nllu pficit necessitatibg scoꝝ gicantes. Igit(ur) tu mebz deuote te ipm humilia cora creatore Orom istates / pcim alleuia a tanto labore necitatibg scoꝝ communicates. Secunda igi(tur) z diceq Oroi istates. Vbi ut diceba(tur) pmitti(tur) actg valoris qui impdit(ur) / z sic ipm frepta qz mete erigit ac te ipm humilia cora creatore qz Oroi istantes.

Circa qd e aduertend(um) senendi dm q(uod) sic videmg sensibilit in humanis artibg sic gtingit q(uod) ad hoc ut qlibz ars suu actu sibi debitu exerceat / oportz q(uod) pcipue heat in se duo scz distinctu et ppm istrumentu ac ets singlarem z detminatu modu. Aliud n(am) istrumentu hz faber aliud sutor aliud sciptor. Ita ille hz martellu hic no acu / sciptor no pena / ul calamu, distictu ac modu et tpm operandi h3 quilib3 hoim timet'. Vna alit' ducit marcellu faber, alit' acu sutor, alit' sc'ptor calamu et tantu e mo9 nris ad actu seu opacoz exercendi q sut sat' pbabil opinio alioz qui dixert q mo9 act9 fuit ad pbam ei9. Igit' s' de oroe que e act9 nobilissi9 volum9 pfte loqui et onde que sit pfta oro a nre vt videa9 quib9 sit ei9 mo9 pp9 et pfto. Ad cui9 euidencia est sciedu q ut dicit Iuli9 in sua Arismetica Nus pa sui diuisione diuidi' i num parem z imparem. Nus at par diuidi' tripli' s. in num ipfm, num supexcrescente z i num pfm. Dr' at nus ipfc9 qui no resultat ex omib9 ptib9 suis s. aliquotis s3 deficit vt e octonari9 cui9 ptes st' vnu duo q'a z iiij^or q si bn attedit' sunt solu septe et ad octonariu num no attingut. Nus at supexcrescens dr' e ille cui9 ptes s. aliquote sil' supte maiore efficiut num q sit ipe, vt e duodenari9 cui9 ptes st' vnu ij iij iiij^or et vj que sil' supte vt bn attedit' faciut xvj. Nus u'o pfc9 e ille cui9 ptes aliquote sil supte ipm pficiut nec eu exccedit nec ab ipis exccedi' vt e nus senari9, cui9 ptes st' vnu duo et tria que sil' supta pucialit' vj constituut et ideo senari9 nus dr' esse pfc9. Ad nrm igit' ppositu applicado si volum9 onde oroz pfctam oportz nos vti nro pfto qui e senari9 vt i metre extitit declatu. Adh' igit' q nra oro sit pfta z adeo vacua no recedat s3 impetret q porrexit, oportz q heat in se modu debitu et pporcio qui mo9 in sex pticis pficit' et consistit q pucta in sex lris ex qb9 h' no' oracio e coposita z pfectio plenarie ptinetur. Ita q h' no' oro pfcoz mer' sibi debiti optie inse i portat. Vna ad hoc q nra oro sit pfta et adeo exaudiat' Oportz q sit oscultata abs vlla ostetacoe qd not' in pa ei9 lra O. Reglata i sua peticoe qd not' i scda lra ei9 q est R. Attenta sn mat' evagacoe qd not' in 3^a ei9 lra q est A. Tranquillata ab oi pturbacoe qd not' i qrta ei9 lra que e T. Inflamata i oi dilcoe qd not' in qnta ei9 lra q est I. Modolfca z munda ab oi infectioe qd not' i sexta ei9 lra s. O. Ista go vj puncta sut illi sex calami eqdictes de lateribus cadelabri aurei vt het' Exo. 26. an fi. Sut ille vj ale quib9 seraphim qlib3 erat isignit9 vt pa vj. Isti sut vj amphore vino plene vt het' Dan xiiij. Isti no st' ille vj ydrie lapidee plene aqua s'cdz porite indo pu'ficacoz iudeoz vt het' Jo ij i eccha hodierno. Isti st' vj dies qb9 deus opg suu pfecerat cuncta cdendo de nichilo.

creaturaz vt het Gen po·
primo e illud mirabile thea-
trum qd sup vij cantros mar-
moreos fertur fuisse fu-
datum qd int vij mundi mira-
bilia quintum poni De quo
quida magnus hystoriographus
noie Clymadus sic narrat
et het spec vinceri hysto-
rial pte pa li iiij c i Era-
clea ciuitate sm fuit quodda
amphiteatrum qd int vij mun-
di mirabilia vm poni erat
ac totum de vno solidoqz la-
pide marmoreo sculptum i
quo erat cellule varie et
mansiones diuise totum qz amphi-
teatrum erat sup vij cantros
de ipo lapide sculptos appo-
situm et fundatum et istud erat
summe mirabile De isto am-
phiteatro qz nullus i teatro
existens poterat loqui secre-
te vel cum alio ita plane q ab
omni qui erat i teatro audi-
retur et eciam intelligeretur Tea-
trum istud signum qd est figure
spere et rotunde que figura
sm Euclide oibus alijs est
pfectior et capacior oro
deuota et stans sigt q inter
nras oracoes qi optinet
principatum Licz n vita actiua
sit bona contemplatiua tn est
melior et pfectior Unde n
Jacob Lyam in uxorem habue-
rit et Rachelem et ambas di-
lexerit Rachelem tn q typum
gerit contemplatiue amplius ad-
amauit vt het Gen xxix
Ipt qd dixit dns de illa
btissima magdalena q ad pe-
des dni residebat et vba
illius audiuisse audiebat
Maria optimam partem ele-
git q non auferetur ab ea et
sic p dcm teatrum speleum
et rotundum oro designatur

q adinstar teatri meora-
ti dz ee marmorea qui la-
pis e valde solidus .i. ipsa
solida et sincera Credite
qz accipietis et fiet nobis
dicit mr xj Ipt qd dice-
bat Jacobus in sua canonica
po caplo postulet autem i fi-
de nichil hesitans Hoc
ac teatrum hz cellulas et
mansiones varias et diuersas
.i. varios modos orandi et dis-
deprecandi sm q diuersorum
statuum et religionum diui-
sa sunt officia et distincta
et hoc totum e ad decorem
et pulchritudinem vniuersi Et
additur q dcm teatrum erat
sup vij cantros de ipo lapi-
de sculptos appositum et fun-
datum .i. oro sup vij pdcta
puncta de ipo lapide sculp-
ta .i. de ipa oracoe dnica noie ex-
tracta sm vij eius lras ex
quibus pficitur oracionis modus
spus integratur Et tunc vl-
timo sez illud mirabile q nullus
pt secrete loqui .i. secrete
orare vel cum alio i q sic quod
ab omni qui e i teatro au-
diatur et exaudiatur Iste
ois secundum et quis orans
auditur et exauditur e ille
de quo dt aplus ad Colo
1o Ex quo oia p quem oia
i quo oia .i. deus qz ut ipe
ait ibidem iij cao oia i oibus
xpc Videamus igitur et de-
claremus de isto sexto puncto
q oracionis modum debitum
integrat et pficit qui
dem e i sexo hz noibus lris
oracio continet quibus
declaratis finis erit nri ser-
monis Primo igitur videndum
e oportet q nra oro sit

occultata absque ulla ostentatione quod notatur in figura eius littera que est C. Debemus namque orare non ad ostentationem et inanem gloriam sed ad dei honorem et utilitatem nostram. Propterea esse potest quia si aliquis haberet unam preciosissimam merce(m) sua venalem de qua sperare posset habere magnum thezaurum et mercedem, fatuus esset si illam tribueret pro re vili et quasi nulla. Sic qui orat et alia bona facit pro humana laude assequenda ut ypocrite faciunt velut stulti. Propter quod dicebat dominus Mt vi: Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito et pater tuus qui videt te in abscondito reddet tibi. Item candela accensa portata ad ventum de facili extinguitur. Sic ubi vis ut flante vento candela non extinguatur claude ipsam infra manum vel laternam. Sic si flat ventus vane glorie et vis ut candela accensa sancte et devote orationis non extinguatur claude et absconde. Cuius figura dicitur Exo. 2 de moyse quod nisi fuisset absconditus tribus mensibus fuisset ab egiptiis interfectus. Et ideo dicitur Job ix quod claudit stellas quasi sub signaculo. Ubi est similiter notandum quod hec est differentia inter stellas vere existentes in celo et vapores qui stelle videntur. Quia vapores nocte extinguuntur et cadunt de celo ut apparet in assub qui dicitur stella cadens. Stelle vero ostendunt de nocte lumen et cursum suum quod utrumque occultatur de die. Sic mali et ypocrite que stelle apparent exterius sed in rei veritate sunt vapores putridi et infecti in nocte persecutionis deficiunt. Sed boni et sancti viri magis ostendunt cursum sue perfectionis et lumen sanctitatis in adversitate quam in prosperitate. Et hoc est quod dicebat beatus Bernardus in quodam sermone quod stelle in nocte lucent in die latent. Sic vera virtus in adversis eminet in prosperis non apparet. Item vere ypocrita est sicut figura picta que exterius videtur viva cum in veritate sit mortua. Hec autem est differentia inter ymaginem vivam et mortuam quia in ymagine viva prius fit cor. In mortua non exteriora fiunt solum et non est ibi cor. Sic in homine vivo et sancto prius fit cor quia prius curat de cordis pulchritudine et virtute quod non facit ypocrita qui non curat nisi de exteriori apparentia interiori et vera obmissa. Propter quod ypocrite dicuntur Apoc. iii Nomen habes quod vivas et mortuus es. Contra hos loquitur Johannes Crisostomus super Mattheum pulchre sic dicens: Ypocrita si bonum est bonum esse ut quid vis apparere quod non vis esse. Si malum est malum esse ut quid vis esse quod non vis apparere. Si bonum est bonum apparere melius est bonum esse. Si malum est malum apparere peius est malum esse. Aut ergo appare quod es aut esto quod appares. Et Tullius libro i de officiis sic dicebat: totius iniusticie nulla capitalior quam eorum qui cum maxime fallant id agant ut boni viri videantur. Et idem libro iii: Omnes aliud agentes et aliud simulantes perfidi sunt improbi et malitiosi.

Nullum igitur corporis sanum utile esse potest cum sit tot viciis inquinatum. Et Seneca in epistola ad Lucillum: Omnia vicia ad modum morbi in aperto leniora sunt, tunc autem perniciosissima cum simulata sanitate se conspiciunt. Pro quo narrat Valerius Maximus de Marsiliensibus libro 2 c. 1 in titulo de institutis antiquis § 29 quod erat iste mos acer institutus apud Marsilienses quod nullum permittebat civitatem ingredi nec in ipsa morari aliquem qui per simulatam sanctitatem et fucosam apparentiam vitam quereret seu alimenta. Unde sic ait: Quibus autem quod per aliquam religionis simulationem alimenta inertie querunt clausas portas habet Marsiliensis civitas, mendacem et fucosam supersticionem submovendam esse existimans. Et sic habemus de primo puncto seu conditione nostre orationis perfecte, quia scilicet esse stulta absque ulla ostentatione, quod non obstante in prima eius littera que est O. Et possumus contra aliquibus utrum oratio sit necessaria nec. Et fuit visum aliquibus quod non, quomodo motum erat quia dicebat: Si oratio esset necessaria hoc esset solummodo propter duo, vel ut necessitates indigentias et necessitates deo manifestemus, vel ut per nostras orationes et preces divinam super nos providentiam immutemus. Non propter primum, ut scilicet deo nostras necessitates et indigentias propalemus, quia deo quod ipse omnia novit antequam fiant. Unde ut dicitur Hebreorum iiij: Omnia sunt nuda et aperta oculis eius. Alias nisi sua sciencia equaret sua potentia et sciencia non esset purus actus nec perfectus verus deus,

ex quo error illius heretici pessimi commentatoris, alius qui dicebat, ut apparet ex processu super xii methaphisice super illo capitulo, scilicet: Causa autem primum quod deus non cognoscit alia a se nisi in universali, ita quod ista nostra particularia non cognoscit. Sed error quod est hereticum et falsissimum. Secundo propter secundum, ut scilicet nostris precibus et orationibus divinam super nos providentiam immutemus. Propter eo quod divina providentia est immutabilis et infallibilis sicut et sua sciencia, teste beato Gregorio in collecta, qui ait: Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur. Igitur secundum ista oratio videtur esse superflua non necessaria. Sed oppositum videtur dominus dicere Luce xviij: Oportet semper orare et non deficere. Quod dominus non mandaret si oratio superflua esset. Huic questioni respondet multum sufficienter et bene ille excellens et sanctissimus doctor noster beatus Thomas 1a 2e q. lxxxiii dicens sic quod circa divinam providentiam fuit triplex error antiquorum. Quidam enim contraxerunt a rebus humanis divinam providentiam dicentes omnia casualiter evenire, et secundum hos oratio frustra esset. Quidam alii posuerunt omnia ex necessitate evenire vel ex necessitate divine providentie seu predestinationis vel ex cursu stellarum immutabili vel ex fato, et etiam secundum istos oratio esset frustra. Quidam alii posuerunt divinam providentiam esse circa res humanas et circa omnia, nec omnia ex necessitate evenire ut dicebant secundi nec a casu ut dicebant primi, et quantum ad hoc bene dixerunt, sed ulterius in sua positione plus miste-

bat dicētes q̄ iō nō ōia ex
nccitate puenicbat qz diuina
puidentia mutabatur ⁊ erat
immutabilis pribus et oroibus
stoꝝ Sz hoc ē fflm qz sic
la dcm ē cū diuina puidē
sit idē omo q̄ diuina certa
scire q̄ sc diuina puidentia
eēt mutabil q̄ et diuina
sciencia mutare qđ ē omo
absurdū Respondem ꝯ ē sicut
dicit scs doctor pfatus qui
dt q̄ diuina puidentia pone
da ē omo immutabilis et cū
sua immutabilitas rebus necessi
tatē nō imponit ita quista
duo stat sil' immutabilitas
puidencie dei et libtas ar
bitrij nr̄i Sic ꝯ diuina p
uidencia q̄ in sua dispoñe
nō fallit ordiat aliquos ef
fectus euenire ita ordiat
varias cās et plures quibus
mediantibus ad tales puenit
effectus quibus causis cessantibus
nō eueniret effcus ut appet
apte i rebus naturalibus Sic suo
modo sz i rebus voluntariis
⁊ humanis Vnde ipa diuina p
uidencia intedit et ordiat
quosdā effcus euenire me
diātibus tn̄ pribus ⁊ oroibus
stoꝝ et humanis tamq̄ causis
medijs sine qbus tales effectus
minime eueniret Sic ꝯ ef
fectus pdcī cadunt sb diuina
puidencia ita ⁊ ordo causa
ꝝ ac modus pueniendi i ipos
⁊ iō orones ipe sūt quibus
talia assequi nō possemus sūt
nobis vtiles et nccie ⁊ nō
ad manifestacōm dō nr̄e necessi
tatē nec ad diuina puidencia
mutacōm ut i oppositū dice
batur Sz porro ~~tē~~ orones
cadunt sb ordie causaꝝ
adeo ordiataꝝ ad hūi co
sequendū effcus et sic pz de
Sto puncto mēoi orōnis de

sigtū i eius pa lra q̄ ē d.
Sequitur longe breuius de
scdo puncto qui dicit q̄ oro
nr̄a dz eē reglata in sua
peticōe qđ nō in 2a eius lra
que ē R. Debz nāqz tua pe
ticio tuaqz oro ut adeo ex
audiatur eē racionabilis ⁊ rōnibus
line reglata et dcata alias
sc eēt irronal nō acceptabile
hēdos spt' qđ dicebat Iac
i sua canonica iiij co. petitis
⁊ nō accipitis eo q̄ male
petatis Ideo a rōe nobis sit
deus ut sicut bonus medicus
infirmo qui infirmo frene
ticus peteti mortifera ⁊ sue
saluti ɔtraria minime tri
buit Et iō ysidrus de su
bo. li° iij° ac dicebat Sē
pe deus multos nō exaudit
ad voluptatē ut exaudi
at ad salutē Ideo tua oro
dz eē i petēdo reglata lu
mine rōnis regla rōnis ut pe
tas solū sctitudiez vl'tiaz
vel ea q̄ ad ipam te valeat
absqz retardacōe pducere Cu
ius signa dr iiij reg xx°
q̄ rex Ezechias infirmus
⁊ a medicis desperatus orauit
ad dnm cū multis lacrimis ⁊
exaudita ē oro sua prius
signo liberacōis sunt hora
logium achaz in quo descende
rat sol p x. lineas ⁊ re
dijt ad primā lineā hora
logiū istud hēbat figurā
semicirculi i cuius medio erat
quida baculus ferreus In semi
circulo iō erat descripte xij
linee corndentes xij horis
diei sup quas baculus ferreus
i medio existens faciebat suc
cessiue vmbra sup quālibet
lineā Istud horalogiū simi
qđ ondit diei horas i quibus
ē deus orandus et regrandus

sanctam et devotam orationem significat quod est figure secularis, quia quamdiu sumus in ista vita mortali prosperitatem usquequaque habere non possumus. Et ideo dicitur esse secularis. Non tollit ocularis. Secundo habet x lineas designatas, id est x precepta legis et duo testamenta veteris, quia in huius medio est baculus ferreus qui facit umbram super istas lineas. Hic baculus durus et frigidus est sensualitas nostra prava que prona est ad malum ab adolescentia sua. Hec namque facit umbram que est carentia luminis quia inclinat mentem et hominem ad petendum ea que sunt contra salutem et contra legis precepta. Itaque hec sensualitas in hoc horologio id est in tua oratione facit x umbras, id est facit te petere x que umbram peccati comitantur et deducunt et non ad lucem gratie et virtutis. Prima ergo umbra est petere a deo in oratione tua forme seu corporis pulchritudinem, quia fallax gratia et vana est pulchritudo, Proverbiorum xxxi. Secunda est petere virium vel corporis fortitudinem, quia fortitudo nostra est ut favilla, Ysa. vi et Jer. ix: Non glorietur fortis in fortitudine sua neque potens in potentia sua. Tertia umbra est petere filiorum multitudinem, quia sepe contingit illud Ysa. primo: filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Immo quod est peius contingit id quod dicitur de Sennacherib 2 Par. xxxii, quod filii sui interfecerunt eum. Quarta umbra est petere divitiarum cumulum seu latitudinem, quia sunt divitie conservate in malum domini sui, ut habetur Eccl. v. Quinta umbra est petere honoris et status celsitudinem, quia honor eius in nichilum redigetur, I Machab. ii ante finem: gloria eius stercus et vermis est. Et Sap. iiii ante finem: et erunt post hec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos in perpetuum. Homo cum in honore esset non intellexit, in Ps. Sexta umbra est petere corporis delicias, quia ut dicitur Apoc. xviii: quantum se glorificavit et in deliciis fuit, tantum date ei de tormento et luctu. Septima umbra est petere inimicorum et adversariorum destructionem, quia dicitur Luce vi: Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. Octava umbra est petere corporis sanitatem, quia quamque homo habet infirmitas prodest, teste Eccli. qui dicit xxxi: Infirmitas gravis sobriam facit animam. Et in Ps.: Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Nona umbra est petere vite longitudinem, quia ut dicitur Ione iiii: Expedit mors est melior quam vita. Decima umbra est petere tribulationum et temptationum remotionem, quia sunt quasi frenum et pondus ad manutenendam animam in gratia dei. Et ideo Apostolus orans pro stimulo sibi dato exauditus non exstitit, ut habetur ii ad Cor. xii. Si vis quod tua petitio et oratio exaudiatur, ut exaudita est oratio Ezechie, descendat in horologio id est in tua oratione sol id est lumen et regula rationis per x lineas, ut scilicet nichil de predictis petas, et redeat ad primam lineam seu regulam id est voluntatem divinam, que est prima regula omnia regulans, ut scilicet totam tuam voluntatem voluntati divine supponas, ut dicas deo libere id quod dixit Christus.

orabat tempore passionis sue: Verumptamen non mea voluntas sed tua fiat. Huic dicto optime concordavit ille sapientissimus Socrates ut recitat Valerius libro vii capitulo ii quod intitulatur: sapienter dicta aut facta C. xi qui sic ait: Socrates humane sapiencie quasi quoddam terrestre oraculum nichil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur quam ut bona tribuerent quia hii demum scirent quid unicuique esset utile. Nos autem plerumque id votis expetere quod non impetrasse melius foret. Et reddit racionem statim: Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens in quam late patentem errorem cecas precaciones tuas spargis. Divicias appetis que multis exicio fuerunt. Honores concupiscis qui plures pessumdederunt. Regna ipsa tecum volvis quorum exitus sepe numero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugiis inicis manus at hec aliquando illustrant ita nonnumquam domos funditus evertunt. Et concludit pulchre: Desine igitur stulte futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare et te totum celestium arbitrio permitte quia qui tribuere bona ex facili solent etiam eligere aptissime possunt. Hec Valerius.

¶ Sequitur de 3° puncto quia ut dicebatur oracio debet esse attenta sine mentis evagacione quod notabatur in tercia litera que est A. Sed nunc cum oras non debes habere corpus in ecclesia et cor in platea. De quibus conqueritur dominus Mathei xv: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Quod exponens beatus Ieronimus sic ait: Quidam strepitu labiorum benedicunt dominum et immunda mente veritati interius contradicunt. Et isti tales in suis peticionibus adeo merito repelluntur. Si quis vellet a domino ipsam aliquam temporalem graciam impetrare omni attencione qua posset peticionem porrigeret et faceret. Alias esset merito repellendus; quanto magis debemus mentem nostram sursum erigere et cum maiori attencione levare cum porrigimus preces nostras deo altissimo non pro temporali gracia sed pro perpetua et eterna. Et ideo dicitur in figura Exodi xvii de Moyse quod cum orabat pro populo Israel ut vinceret tunc exaudiebatur, cum manus et brachia sursum tenebat elevata et recta; sed cum deprimebat non vincebat. Sic cum quis habet mentem elevatam a terrenis et in deo intentam dum orat, tunc a domino exauditur.

¶ Sed hic cadit una pulchra questio et multum utilis. Posses enim dicere: Dic michi bone frater, cum ego oro vel officium dico, non tamen attendo ad ea que ego profero, ymmo cor est ad alia occupatum. Peto utrum talis oracio facta sine mentis attencione sit meritoria. Et ad hanc questionem respondeo ut respondet iste sanctus doctor in libro et questione preallegata qui sic ait et dicit quod oracionis triplex est effectus. Primus est qui est communis oracioni et omni actui facto in caritate, et ille est quia oracio est meritoria. Secundus autem et tercius sunt proprii effectus oracionis, et est secundus quia oracio est impetratoria, tercius vero est iubilatoria et letificativa mentis. Si igitur oracio habeat mentis attencionem et in principio medio et fine, tunc omnes istos tres effectus habet. Si autem habeat mentis attencionem in principio puta quia vis laudare deum dicendo divinum officium vel pater noster vel aliam oracionem, volens sic pro maiori in processu lingua resonante psalmos mens ad alia spargitur nec attendit, tunc talis oracio habet duos effectus, primum scilicet quia est meritoria, et secundum quia est impetratoria. Et hoc habet ex virtute et radice primi propositi et prime attencionis quam habet in incepcione divinum officium dicere. Tercium vero effectum non habet scilicet iubilum mentis quia iubilus mentis et actualis consolacio haberi non potest sine actuali mentis attencione. Si autem nulla sit mentis attencio nec in principio nec in medio nec in fine quod rarissime potest accidere, tunc talis oracio nullum predictorum effectuum habet. Et de tali oracione loquitur beatus Gregorius in quadam omelia sic dicens: Illam oracionem deus non exaudit ad quam homo qui psallit non attendit. Tercius proficuus modus oracionis est quia debet esse tranquillata ab omni perturbacione quod notatur in quarta eius littera que est t. Debes enim habere cum oras deum cor detatum ab omni odio et rancore, alias dicendo pater noster profers sentenciam contra te dicendo: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Propter quod mandat nobis dominus Mathei v: Si offers munus tuum ad altare, id est munus scilicet oracionis et precis, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum, indecens n· minus esse [illegible]

per quas alicui magno puta ipsi imperatori vel regi presentaret exenium cum manibus sanguinolentis et esset multo repellendus, quanto magis tu qui regi regum et domino dominancium Ihesu Christo es ausus presentare de corde et ore tuo exenium oracionis cum manibus sanguinolentis, id est cum tuis affectibus rancorosis. Et de talibus loquitur dominus per Ysaiam i c.: Cum multiplicaveritis oraciones vestras non exaudiam vos, manus enim vestre sanguine plene sunt. Debet ergo mens esse tranquillata et quieta ab omni perturbacione. Quartus modus proficuus est qui scilicet exposito quia debet esse inflammata in omni dileccione quod notatur in quinta eius littera que est i. Unde dicit propheta David: Assillat oracio mea. ps. D. Dirigatur oracio mea sicut incensum in conspectu tuo. Incensum autem nullum fumum odoriferum spirat nisi ponatur in carbonibus ignitis. Sic et nostra oracio deo non redditur odorifera vel accepta nisi ex corde procedat ignito et inflammato in amore dei et proximi. Unde figuraliter dicitur iiii Regum ii: Helyas in paradisum in curru igneo est translatus. Per Helyam qui interpretatur ascendens nos in merito significatur oracio que habet ut celum penetret et ad deum ascendat esse necesse ut in curru igneo mittatur caritatis, qui currus rotas iiii habet, id est iiii amores. Prima rota a dextris ante est ut deus super omnia diligatur. Secunda rota a sinistris ante est ut post deum diligas te ipsum. Tercia rota que est retro a dextris est ut diligas benefactores et propinquos. Quarta que est ultra a sinistris est ut diligas persecutores et inimicos. Et talis oratio in quadam caritatis curru dilata ad deum quantocius introibit et vacua non redibit. Septimus et ultimus punctus est quod oratio debet esse odorifera et munda ab omni infectione quas notabam in sex eius litteris et ultima que est O. Et ideo Augustinus dicebat in quodam sermone: Oratio si casta si munda ~~fuerit~~ si ista fuerit celos penetrabit vacua non redibit. Quia ut dicit Jacobus in sua canonica c. i religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est. Que sic simpliciter est descripta et sic breviter declarata de istis septem punctis que in sex litteris huius nominis oratio continentur ut sic merito consumatus et perfectus ille thronus mirabilis Salomonis ad quem per septem gradus ascendebatur ut habetur in iii Regum x. Primo illa sedes excellentissima regis Darii de qua dicitur in historia Alexandri que habebat septem gradus quibus ad ipsum ascendebatur factos ex diversis lapidibus preciosis. Nam primus gradus erat ex lapide amaristo. Secundus ex smaragdo. Tercius ex topasio. Quartus ex granato. Quintus ex adamante. Sextus ex auro purissimo. Septimus per quem non ascendebatur sed in tempore incedebatur rex in gloria sua residens erat ex pluto tractus compositus. Per ista sede seu thronum ita mirabile intelligere possumus non incongrue celum empireum quod dicit dominus celum michi sedes est ad quem per istos septem gradus, id est per ista septem puncta et conditiones sancte orationis ascenditur. Que prout singula singulis adaptari possunt gratia brevitatis obmitto. In septimo autem qui est dextra rex summus residens invenitur scilicet dominus Ihesus Christus quietus et unitus ineffabiliter nature nostre mortalitatis et carnis. Completo igitur opere sex dierum est cum dominus die septimo quiescendo. Rogemus igitur ipsum ut det nobis sic in presenti in gradus ascendere ut per septem predictos dies valeamus ad septimam beatitudinis et quietis feliciter pervenire. Ipso prestante qui vivit et regnat per infinita secula seculorum.

Amen.

Incipit epistola beati Eusebii ad Damasum portuensem episcopum et ad Theodonium romanorum senatorem de morte gloriosi confessoris beati Jeronimi doctoris egregii

Patri reverendissimo Damaso portuensi episcopo et christianissimo Theodonio Romanorum senatori Eusebius olim Jeronimi sanctissimi discipulus nunc vero eodem orbatus licet pium dolorem et suavissimum gaudium. Multifariam multisque modis olim deus locutus est omnibus nobis per suum dilectissimum filium suum Jeronimum de scripturarum factis in virtutibus et prodigiis multis que per illum fecit ipse dominus in medio vestri sicut vos scitis. De quo ego nos testes sumus qui eum vidimus et oculis nostris eius sanctitatem perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbis eius vite et doctrine quibus vita eius manifestata est. Quod ergo vidimus et audivimus annunciamus vobis. Cum igitur tamquam oves errantes erroribus et supersticiosis fabulis non audientes sanam doctrinam sed coacervantes nobis pseudo prophetas consurgentes in populo magistri mendaces introducebant sectas valde perdicionis donec iste illucesceret dies. Cum ut tamquam sol refulsisset quinquaginta annis et sex mensibus multis laboribus et erumpnis in laboribus et vigiliis ut nobis frangeret panem doctrine desudans tenebras errorum perfugans et cunctos a perdicione liberans effulsit in templo dei. Incipiens sed ab oriente usque ad occidentem aufferens bella hereticorum corum arcum conterens arma et scuta sua combussit igni. Quam in ipso deus posuit prodigia super terram ut notus fieret in nacionibus. Deinde pertransiens usque ad fines terre sanando oppressos ab hereticorum iaculis illuminando mentes hominum scripturarum enigmata reserando solvendo nodos obscura delucidando dubia exponendo confutando et corrigendo falsitates et verissima ex linguis quam pluribus adunando ut nobis faceret vias vite et nos adimpleret gaudio leticia et exultacione templum domini corroboravit et eius aditum instar lucerne non sub modio sed super candelabrum in domini aula porte domini utrique vide plenissime fecundate posteris omnibus sua verborum preteritis elegancia singulorum excellencius aliis omnibus patefecit ut veniret in civitate habitacionis et locum glorie invenirent et ne fierent velut patres eorum generacio prava quos direxit et liberavit ab errore perdicionis.

Cum enim sim sic simplacan facie venti et sic lutum platearum balbuciens loqui nesciens nec verba plene formare valens quid inparciar vobis karissimi patres et domini sue laudis. Nam si ipse id apostoli Christi linguis hominum loquerer et angelorum suum laudandi genus non dum attingerem. Quia ergo non in arcu meo sperabo nec gladius salvabit me sed dominus

eſt illuīatō mea q̄ docuit
et docebit manū meā ad
ſcribēdū et diriget lingā
meā ad loquēdū vt quodā
aſine balaam qm ipſiꝰ ꝯ
ꝯſiliū et impiū ⁊ dñatꝰ
a mari vſqꝫ ad mare ⁊ a flu-
mine vſqꝫ ad terminos orbis
t̄re ĩ cuiꝰ cūcta ſilēt poſita
dicōne corā quo ꝓcedet.
reges nec eſt qui poſſit
ſue voluntati obſiſtē qm
quecūqꝫ voluit fecit ĩ t̄ra
mari et ĩ abyſſis. Et ſic
lingua mea tanti viri lau-
dem meditabit᷑ et nomē
ſuū annūciabit vniūſis.
¶ Hic vere fuit ille iſrahelita
ĩ quo dolꝰ nō fuit. Elec-
tꝰ cor dm̄ ad loquēdū oīa
que ſibi mādauerat dñs
vniūſis gētibꝰ ⁊ regnis
et doctor datꝰ ĩ gentibꝰ
vt gentes euelleret deſtrue-
ret diſꝑderet et diſſipa-
ret. et ſapiam vera ſe-
minaret edificaret atqꝫ pla-
taret. Hic ē ſcd̄m ama-
tor. hic eſt qui pplo xpi-
ano tot librorꝫ volumīa
ex liguis hebrayca et
greca ĩ latinā nō pūo
pondē trāſtulit. ¶ Hic
p̄imꝰ officiū ordīauit
et totiꝰ ſacre ſcripture aſ-
pera fecit plana. ¶ Certe
ĩ huiꝰ luīs vidiꝰ lumē
et pane ſue ſalutifere
doctrine paſti ābulauiꝰ
vſqꝫ ad montē dei oreb hic
eſt flumē aque viue
ſplendidū tāquā cryſtal-
lum ꝓcedens de ſede dei
ĩ eccl'ie medio et ex vt-
qꝫ pte eiꝰ lignū vite
afferēs fructꝰ tpe ſuo cuiꝰ

folia ligni ſūt ad gētiū
ſanitatē. Vir iſte mitiſſꝰ
ĩ pplo ſuo apparuit ⁊ deo
dilcꝰ et hoībꝰ orat nūc
ꝓ eccl'ia ſca. Vas vē admi-
rabile ſi ornatū lapide
ꝓcioſo opꝰ excelſi. ¶ De-
ruptꝰ de hoc quid plꝰ
dicā. Cuiꝰ enarrat celi
glām et opa ſcripturaꝝ ma-
nuū eiꝰ annūciat firma-
mētū. Nec ſūt loquele ne-
qꝫ ſmones cuiꝰ nō audiāt᷑
doctrine v'ba. cū ĩ omēz ter-
ram exiuit ſonꝰ eiꝰ. O ineffa-
bilis mīa ſaluatoris q tot
gētiū cumulos ĩ iherōīo
adunaſti vt q plene ſolꝰ
poſſidet pene nullꝰ homo
n̄ ꝑticularit᷑ fas ſit aſpi-
rare. Hic certe duo mīa
fidei ad ſe trahētes ĩ celi cō-
trahit dece. Hic ꝓcioſis
porcioībꝰ ornatū ĩ ſigniis
dignitatū ĩ cathalemis et ĩ-
puerbꝰ et opacoībꝰ et
int'ptacoībꝰ ūitate ſūt
gētes. Cuiꝰ nota ſca eſt
ĩ pplis virtꝰ qm impletꝰ
fuit q̄ſi flumē ſapia. Et
vt p̄d̄a dicā illud ĩ regīe
ſabba. Maior ē n. ſapia
et opa ſua q̄ rumor q̄
audiuis. Hec v̄ certe bonꝰ ē
iſte hijs qui recto ſūt corde
qm malicioſe ꝑ odiunt ſe-
det mirabilia in t̄ra nr̄a
Sub vmbra illiꝰ ſediꝰ et
fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi nr̄o
Verūtā aut de eo audiui-
mꝰ et cognouiꝰ quo ānū-
ciabiꝰ. Et qm nō ſūt elo-
quēs ab heri et nudiꝰ tēꝰ
vt breuiꝰ dicā. Si voluꝰ
accipe aīm Iohēs bap-ta
ipe eſt. Vtiꝫ v'go/ vtereqꝫ

Predilectissimi mei diligite vos invicem. Non enim accepi hoc ab homine sed a salvatore. Hoc enim est preceptum meum ut diligatis invicem. Singula enim dilectionem omnium virtutum bona constituit. Sicut ex una radice multi exeunt rami, sic ex caritate omnes generantur virtutes. Si linguis hominum inquit apostolus loquar et angelorum, et si habuero prophetiam et noverim misteria omnia, et omnem scientiam et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non habeam, nichil sum. Qui veram caritatem habet, benignus est et paciens. Ille veram habet caritatem qui non tantum proprios diligit per affectum cognacionis et carnis sicut ethnici et publicani faciunt sed ita diligit inimicum sicut amicum. In hoc uno potest homo agnoscere si manet in caritate, si ipse ab eo diligitur qui ei adversatur. Certe hic quam plurimum amandi tedium est. Sunt quamplurimi qui diligunt sed male, ita tamen aliqui diligunt quod dilectionem dei perdunt. Qui aliquid super deum diligunt deo non sunt digni. Cunctis virtutibus requiritur temperancia. Virtus se vult medium: minus diligere malum est, nimis diligere malum est. Sicut ius exigit diligere bonum est. Vis dilectionis que noceat vitanda est. Propter nimiam dilectionem aliqui in luxuriam ceciderunt, aliqui in insaniam devenerunt, multi oraciones et dei obsequia dimiserunt. Hoc quippe agit superfluus amor ut quem diligit semper videre vellet. Nimius et stultus amor ignorat siquidem et iusticiam et veritatem, racione caret, modum nescit, neque aliud cogitare potest quam quod diligit. Amor iste non accipit de impossibilitate solacium neque ex difficultate remedium. Impossibile est hominem qui talem habet amorem deo posse acceptabiles oraciones facere. Hic amor non est caritas sed stulticia. Omnes nos debemus diligere fratres sicut nosmetipsos ita quod vicia non diligamus. Punire malum caritas est. Plus meliorem diligere iustum est. Sic diligendi sunt homines ut bonitas exaltetur et vicium deturpetur. Ipsa caritas exigit ut deum diligamus ex toto corde et ex tota mente et ex totis viribus nostris et ita singulariter quod cum deo nichil aliud diligamus et proximum

de amore

nrm̄ sic nos. In hijs duobȝ mādatis tota pendz lex et pphe. Qui in caritate ē sine deo ē, quia deus ē caritas et caritas ē deus. Qui in manet in caritate in celo iā cepit habitare.

Que ȝ qualis caritas in celestibus est

In celo ē yma caritas om̄ beato⁊. Ubi caritas vera ē ibi invidia nulla ē, ibi ambicio nulla, cognosticͦ nec murmuracio nec detractio nec derisio ſȝ ē oibȝ una et eadē voluntas. Hortitote fres qz ſi non habetis caritatē ptāz ſb dyabolica ptate estis nec vltra deus nobiscū habitat. Et qui ſine deo ē in īferno ē. Dico dilectissimi mei filij hortor vos dū tēpꝰ habetis ne in vacuū grāa dei recipiatis. Grā dei oibȝ data ē p morte filij eius. Dū tpe isto brevissimo vivimꝰ seminemꝰ qz p[ro]g modū ſuo tpe metemꝰ. Breues dies hois ſunt ꝑscindit' velut ateroate vita nrā. Tamqͣ fur mors venit. Cū mortuꝰ fuit hō nō ſit descendit cū ipo gla domꝰ eiꝰ. Divites in bonis ducūt dies ſuos et in puncto ad īfernū descendit, opa cuiꝰlibet sequūt' illū. Grave ē ut hois cuiꝰ mala ꝑfuit vita, boā ſit mors. Sive malū sive bonū tpe isto fecerimꝰ illud idē ꝑg fine mortis iueniemꝰ. Nō expectetis qz tpe istud acceptabile est. Dū lucem habetis nō ambuletis in tenebris. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Lux vera xpc est, q lucz in tenebris et illuīat omē hoīem veniente in hūc mūdū. Sit ergo filij lucis sitis et tenebre vos nō cōphendat. Ad ipm accedentes lapidē vivū ab hoībȝ q̄dē reprobatū a deo aūt electū ȝ ipi tamqͣ lapides vivi superedificamini. Et in oibȝ exhibeatis vosmetipos tamqͣ dei ministros in multa paciā in tribulacōibȝ in necessitatibꝰ in angustijs in plagis in carceribus in sedicōibȝ in laboribus in vigilijs in ieiunijs in castitate in sciēcia in longanimitate in suavitate in spū sco in caritate nō ficta in ūbo veritatis in virtute dei.

De mēdacio

Non ſit int' vos mēdaciū. Quia vir mēdax abhoīabil' est deo. Est n. deus veritas et veritati obstat mēdaciū. Omē fugiat' ūbū ociosū. De quolibȝ n. ūbo ocioso ȝ vano reddet deo racōz. Siliēcia diligite. Ubi ē multiloquiū ibi frequēt' mēdaciū. Ubi mēdaciū ibi periurū. Sermo indicat qual' ē hō. In ore sacerdotis ul' monachi nullū unqͣ ſit ūbū in q° nō ſonet xpi nō. Semp divina rumient legē. Beatꝰ enī qui in lege dni meditat' die ac nocte nō abiens in cōsilio impiorꝫ neqȝ in via pctōꝫ ſtit tāqͣ lignū plantatū secꝰ decursꝰ aquarꝫ cuiꝰ folia nō decident ſȝ dabit fructū in tpe ſuo ȝ oīa quecūqȝ fecerit semp ꝓsperabūt'.

De mala sorte

Certe nil tantum nocet homini quam mala societas. Talem enim efficitur homo qualium societate fruitur. Unde cum agno lupus habitabit. Vir castus certe luxuriosi societatem auffugit. Porro quod impossibile puto virum diutius in bonis permanere operibus qui malorum assidua querit sede uti. Cum sancto psalmista vociferat: sanctus eris et cum viro innocente innocens eris et cum electo electus eris et cum peruerso peruerteris. Sicut enim mala nocet conuersacio ita bona prodest. Nullus potest comparari huic thezauro. Qui enim bona invenit societatem vitam invenit diuiciis affluit. Certe vera dicta: Perraro homo vel bonus vel malus efficitur nisi ob societatis causam. Homo velut cortata tabula in qua nichil pictum esse fore dicitur. Illud ergo quod a societate recipit usque ad senectutem retinet siue bonum siue malum sit. Melius cum iuvene iuvenis habitet. Ita ignis si apponatur igni calorem non extinguit sed enutrit. Semper vir qui delectat sapiencia se maiori etate et sapiencia sociis consociat. Alioquin si sibi similibus sociatur assidua societate de stulticia in stulticiam dilabetur.

Exhortacio ne quis iuret

Ante omnia autem filii mei nolite iurare neque per celum neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester est est, non non. Cuius ore frequens sonat iuramentum in ipso homine plaga e dei genito et dilecto. Sic non est quod iuro deum esse necesso. Preceptum enim dei prohibet. Vos assuatis nomine dei in vanum. Orationibus constate continuis. Multum valet frequens oratio et devota. Oratio hominem a terra subleuat ad celestia vehit et facit hominem cum deo loqui, graciam ab eo obtinet dummodo sit devota et mixta lacrimis. Multum valet oratio frequens compassa lacrimis ad promerendam divinam clementiam. Sicut exaudicionis beneficium obtinuit ezechias statim graciam a domino suis lacrimis et orationibus ut mutaret sententiam quam dixerat. Liberavit deus susannam a iudicio dire mortis propter orationem et lacrimas. Orationibus helye celum dedit pluviam quod clausum fuerat tribus annis et sex mensibus. Si quis eget beneficio petat a domino orationibus et lacrimis in fide nichil dubitantes, qui fidem enim veram habet ut granum sinapis quicquid petierit fiet statim. Unde dominus ad discipulos in omnibus qui tunc erant et nunc. Spes vestra et gaudium vestrum cogitacio vestra et omne desiderium vestrum sit semper deus quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia in quo vivimus et per quem mouemur et sumus sine quo nichil possumus.

Ut mors non timeatur

Iam filii mei non multa loquar vobiscum. Venit enim hora ad quam natus sum, hac condicione huc veni ut expirem, numquam natus

Exhortacio ne quis iuret

fuisset si mori non debuisset. Eius christo non pepercit deus filio sed pro nobis omnibus fecit eum mori in cruce suscepit pro cuius morte mors nostra mortua est. Nemo enim vestrum sibi vivit vel moritur. Sive enim vivimus domino vivimus sive morimur domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur domini sumus. In hoc enim vocatur christus dominus vivorum et mortuorum. Et si christus mortuus est ergo non est servus maior domino suo. Ideo et nos moriemur. Si enim resurrexit habemus spem remissam quod et nos resurgemus. Et si christus sic resurrexit ut apostolus non moreretur ita et nos post resurrectionem nostram numquam moriemur sed semper cum ipso in gloria stabimus. Qui enim mortuus fuit christus vetus homo noster mortuus est ut destrueretur corpus peccati ut fieremus unum corpus cum illo. Ideo si resurrexit et nos resurgemus cum illo quia sumus membra eius. Si ait et christus non plus morietur et nos similiter. Scimus quidem dilectissimi filii mei si nunc moriemur credo quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum et rursum circumdabor hac pelle mea et in ista propria carne videbo ipsum salvatorem. Quem visurus sum ego ipse qui nunc loquor quem hunc nunc cernitis morientem et non certe alius loco mei et isti proprii mei oculi quibus vos videos conspecturi sunt. Sed vos dilectissimi filii mei videte quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes et nolite secundum carnem ambulare quia si secundum carnem ambulaveritis moriemini, sed spiritu ambulantes facta carnis mortificantes nunc mecum exultate cantate et psallite. Abicite vestimenta luctus et tristicie, spargite cinerem de capite vestro, iubilate deo, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius quia hunc vestrum transivi per ignem et aquam et eduxit me in refrigerium. Introibo in domum domini ut reddam vota mea de die in diem. Mutatio lucis mihi est mori quia vivere deinceps meum christus est. Certe terrestris domus huius habitationis dissolvitur ut alia succedat non manufacta habitatio eterna in celis. Certe quod mortale est vestimentum exuor ut eternum induar. Hucusque peregrinatus sum, iam redeo ad patriam. Certe bravium capio pro quo in agone cucurri. Certe portum attingo quem tanto desideravi desiderio. Certe de tenebris ad lucem, de periculis ad securitatem, de inopia ad divitias, de prelio ad victoriam, de tristicia ad gaudium, de servitute ad dominium, de temporali ad perpetuum, de fetore ad odorem suavissimum vado. Hic cecus sum et illuminor. Hic vulneratus et sanor. Hic contristatus sum et cetera.

letificor. Vt hic vivens et iam vere vivificor.

Imprecacio vite mundi et optacio mortis.

O vita mundi non vita sed mors, vita fallax, vita onusta suspiriis, imbecillis et umbratica, vita mendax, ut flores et statim arescis, vita pravas, vita terrens, vita fragilis, vita momentanea et caduca, que quanto magis crescis tanto magis decrescis, cum plus procedis plus ad mortem appropinquas. O vita plena laqueis, quot in mundo illaqueas, quot per te iam sustinent tormenta infernalia. Quam beatus qui tuas agnoscit fallacias, quam beatus qui de tuis non curat vanis blandiciis, quam beatissimus qui te bene privatus est. Melior est negociacio eius argento et auro primi purissimi fructus eius. O mors dulcis et iocunda, non es tu mors sed vita vera, largiris que fugas febres et vulnera, fames extinguis et sitim. O mors iustissima, pia bonis et malis aspera, humilias superbientes et potentem et exaltas humilem, per te pauperes saciantur cum avaris principibus. Cum malis das supplicium et iustis eternum premium. Veni soror mea, sponsa mea, amica mea, indica michi quem diligit anima mea, ostende michi unde michi, ubi pascat dominus meus, ubi cubet sponsus meus, ut dimittas me amplius vagari per devia huius tribulacionis mei. Surge stella mea, porrige michi manum, trahe me post te, paratum enim est cor meum et exurgam et post te curram in odore unguentorum tuorum donec introduxeris me in cellaria domini mei, ut exultem et gaudeam cum apparebo ante faciem suam et cantabo et psalmum dicam domino. Ecce tu pulchra es amica mea et amplius noli morari. Ecce omnes dies mei defecerunt et anni mei pertransierunt velut umbra. Converte aliquantulum super me, quia te in ventre exultavi et in te delectatus sum omnibus diebus vite mee. Suscipe me. Ita cum suscepisti dominum meum me salvasti, me vivificasti; iam respice in me, salvum fac me et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum. Erue de carcere animam meam et reduc eam per graciam quam operata fuisti suscipiendo dominum meum. Unde expulsa sum per culpam quam perpetravit magnus genitor Adam. Veniam per te in ortum dilecti mei ut fructum pomorum suorum comedam. Defecerunt sicut fumus dies mei et caro mea iam sicut fenum aruit. Ecce iam venit tempus miserendi mei, noli tardare, accelera ut eripias me, quia amore langueo. Per te bona mors fructum recipiunt bonorum quos statim cognoscunt primum quam perdamus. Antequam venias de excepte cognoscimus. Cum veneris per te videbimus eum sicuti est. Nigra es sed formosa, pulchra es et decora, favus distillans labia tua. Terribilis es et quis resistet tibi, terribilis es apud reges terre, auferens spiritum principum. Nota humilibus facis virtute.

Impracio vite mundi et optatio mortis

tua. Tu confregisti cornua peccatorum et exaltasti cornua iustorum. Illuxerunt choruscaciones tue orbi terre, vidit et commota est terra. Spes mea dulcissime pater et anima mea ianuas vite quas aperire michi promisisti. Tu iussisti tu domino meo ut iam sit in pace locus meus et habitacio mea in syon. Despolia me hac mortalitate mea quam fero ut induam me vestimentis leticie. Anima mea liquefacta est ut inuenire possim dilectum meum quem in mundo quesiui et non inueni. Inuenerunt me in hac solitudine custodes qui circueunt ciuitatem, percusserunt me et vulnerauerunt me et tulerunt pallium meum custodes murorum. Percussus sum et humiliatus a voce malorum et dolorum. Tota die exprobrauerunt michi inimici mei loquentes aduersum me lingua dolosa et sermonibus odii circumdantes me et expugnantes me gratis. Posuerunt aduersum me mala pro bonis et odium pro dilectione mea, ergo iam bona mors propera. Confringe cornu arcuum scutum gladium et bellum. Ecce in morais iam defecit paulisper spiritus meus propter multitudinem dolorum meorum. Sed iam consolaciones tue letificent animam meam. Hodie vocem meam audies, noli obturare cor tuum. Quando veniam et apparebo ante faciem dei ut inhabitem in domo sua in longitudine dierum. Fuerunt michi in miseria huius vite panes die ac nocte labores, continue afflicciones, erumpne, fames, sitis, ieiunia, vigilie, temptaciones et pestilencie. Audi gemitus gemitus vinculati, solue colligaciones meas. Suscipe filium hunc famelicum in regione aliena et redde eum patri suo. Suscipe vlceribus plenum et colloca eum in sinu abrahe patriarche. Fac me intrare in vineam domini sabaoth ut non stem hic ociosus. Suscipe me de via iniquitatis et deduc me in via eterna. Educ me de tenebris et umbra mortis. Disrumpe vincula, solue compeditum, illumina cecum, erige elisum, custodi aduenam et pupillum. Sedent in tenebris et habitant in regione umbre mortis. Emitte lumen tuum, illumina me ut numquam amplius obdormiam in morte.

Alloquitur eum discipuli

Hec et hiis similia prosequente sanctissimo viro domino Eustachio creuit meror et tristicia in quibus nemo poterat se a lacrimis continere. Sed omnium vna erat vox plangencium: Quid sine te faciemus? Pater, vineam istam ex egipto transtulisti et plantasti eam, vt quid auertis faciem tuam ab ea? In lumine vultus tui ambulabamus, gloria virtutis nostre tu eras. Heu quid sine te amplius faciemus? Tu pater, tu doctor et refugium, tu exemplar innocencie. Utinam nobis tecum mori liceat. Iam ad nichilum redacti erimus. Sicut oues erimus sine pastore, ad nichilum deueniemus velut aqua decurrens; non est qui consoletur nos; fient filii tui orphani et famem pacientur ut canes circueuntes undique non te inuenient. Heu

alloquitur eum discipuli

q̄tu sup nos cecidit ignis nō te deserepp videbis sola Congregacō quid faciet fidelium sine te Cum dispsio erat hēticoꝝ tu interfector eoꝝ gladio oris tui tu eoꝝ malleꝰ et securis conterens eoꝝ dētes. in ore ipoꝝ molas leonum cōfringes et deduces eos i puteū interitꝰ gaudebūt nc et exultabūt et hūiliabūt ppl'm tuū et hereditatē tuā vexabūt Captabāt in aīam iusti et sanguinē innocētē cōdēpnabūt Quare dederūt igni sctuariū dei et veritatem fidei lacerabūt

Cōsolacō ad discipulos et ammonicō.

Qui cū ille motꝰ hijs verbis aliq̄ntulū lacrimatꝰ, vt totꝰ sp̄s in dn̄o īme visceribꝰ affluebat quasi ad eos hac tantū flebilibꝰ voce r̄ndit Ergo boni milites xp̄i Confidate i dn̄o et i potēcia v'tutis eiꝰ nolite timē grex mī adeo animā si pccabitis i eū Est enī ipe piꝰ et misericors et nullū deserit sperantē in se Estote nūc cōfortati ī dn̄o et dilecti eiꝰ Si at vos derelinquo dn̄s vos nōne recipiet Ipe enī vos lege cōstituet i via sua diriget vos i semita rectā et nō tradet vos i aīas psequēciū vos Velit ergo agite et cōfortet cor vr̄m et sustinete dn̄m Est enī deꝰ in celo piꝰ et misericors qui suos mille modis scit liberare famulos Nō turbetur cor vr̄m neqȝ formidet Sperate i dn̄o et effundite corā illo corda vr̄a quia ipe erit adiutor vr̄ Si em abieo ut iterū me videbitis et gaudebitis ipi quia nō multū post hos dies quo ego vado et vos poteritis venire Et ubi ego ero et vos eritis i gaudio qđ nēo tollet a vobis Mementote filij carissimi quō post mortē moysi deus elegit Josue i ducē et p̄tectorē ppl'o suo Et elevato helya p turbinē i curru igneo i celū fecit helizeū i pplo suo pphetā i quo duplex requievit sp̄s helie Nunquid nūc exinanita ē manꝰ dn̄i aut oblitꝰ ē deꝰ misereri aut cōtinebit i ira mīas suas Dn̄s est pars hereditatis vr̄e et calicis vr̄i et ipe restituet vobis hereditatē vr̄am Suscitabit nāqȝ ex vobis aliud pastorē cui dabit vbū evāgelizādi et ille ingredietur in macla et spabit iusticia Et rogo deū meū qui eduxit et reduxit me p volūtate sua vt sicut i me fuit spūs ad obediēdū p̄ceptis suis q' i isto quē vobis mittet paraclito et pastore fiat duplex Cum eusebiū filiū meū pdilcissimū habebitis cū vobiscū et ipm tamquā me audietis Ipe enī erit vobis i precium Et vos tamquā filij obediētes ei i caritate cū omī humilitate et masuetudie et cū dī paciencia Sic quod i vobis fuerit veritatis respectibꝰ ad eū Obsecro vos ut solliciti sitis servare vnitatē spūs i vīnculo pacis vnū corpꝰ et vnꝰ spūs sicut vocati estis i vna spe vocacionis vr̄e Vnꝰ est deꝰ et pr̄ oīm ih̄us xp̄i Cum soli i vna sitis vīnetes fr̄nitate plate cupitis Eociꝰ estote imitatores sicut

Cōsolacō ad discipulos et aīacō

filij carissimi et ambulate in dilectione sicut et ipse dilexit vos et tradidit semetipsum pro nobis ut nos redimeret et faceret vos sibi acceptabiles sectatores bonorum operum. Omnium autem vestrum det ipse graciam secundum mensuram donacionis sue. Det nobis de rore spiritus sancti habunde ut habeat cor ad colendum eum. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis ut cognoscatis eum et faciatis eius voluntatem nec vos unquam deserat.

Exhortacio ad Eusebium

Age nunc fili mi Eusebi consurge consurge induere fortitudine. Exemplum sanctitatis esto sanctis ne emuleris eum ut nequiter facias. Salus tua deus in perpetuum erit et iusticia non deficiat. Humilior sis omnibus, leuaberis in celis. Ante oculos tuos lex dei semper sit in corde tuo. Noli timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuas. Si sperabis in domino assumes fortitudinem et venient tibi penne ut aquile et volabis et non deficies. Universa legis domini secure loquere omnibus. Ne timeas a facie hominum quia cum illis pro te est dominus cum quibus est veritas. Defenditur cum illis in fovea et in vinculis non derelinquet eos sed a seductoribus tuetur illos et est illis adiutor et protector in tempore tribulacionis. Certe facile tenet mortem hanc immo ut plus dicam odit hanc vitam qui se bene agere cernit. Ecce constituo te super societatem istam ut evellas et destruas et dissipes et disperdas et edifices et plantes. Oportet enim te esse irreprehensibilem. Potest male alios corrigere qui potest que corrigit dicere et tu similiter facias. Tibi animo maioribus erit labor sed maius premium. Esto sobrius prudens et pudicus hospitalis et doctor. Nemini violenciam facito sed omnes equaliter dilige et tanto plus quanto melior est. Non sis persecutor sed modestus non litigiosus vel cupidus. Tu enim predica oportune verbum dei. Omnis scriptura divinitus inspirata est utilis ad docendum. Adequare verba que predicas operibus valet enim huiusmodi predicacio et doctrina ad illuminandum ad arguendum ad corripiendum et ad erudiendum in iusticia ut perfectus sit audiens et in omni bono opere instructus. Est enim Ihesus Christus in celo sedens ad dexteram virtutis dei revelans misteria et docens homines scienciam. In omnibus fili dilectissime te ipsum prebe exemplum bonorum operum in omni caritate et bonitate. Nam a capite paciente totum debilitatur corpus. Ut ergo breviter te doceam facies omnia bona si timueris deum. Post hec meo reverendissimo Damaso portuensi episcopo scribes. Facies mei memoriam ut habeat me in oracionibus suis nec corrumpi dimittat opera que tanto labore contexui ab hominibus iniquis et dolosis a quibus sepe expugnatus sum a iuventute mea. Ecclesiam prudenter custodiat sciens quia mali erigent se illaqueantes animas simpliciorum quos conatus sum educere in viam veram loquentes in ore suo et gladium.

Exhortacio ad eusebium

habentes in labiis suis quam obmutui et silui a bonis et precatus sum in monumento dormiens. Sperabam enim in domino quia benignus est et non derelinquet fideles suos. Gaudium habeo enim magnum et consolatorem presumens de misericordia domini quia virum mirabilem et multe scientie et bonitatis augustinum yponensem episcopum, cui pro scientia et veritate redimitum post me relinquo, super quo multa fiducia habeo in christo ihesu sustentandi fidem vestram. Cui de me scribens hoc ipsum rogato ut tamquam fidelis pugnet miles ne veniant quod absit mala contra vos. Theodosio senatori et omnibus in christo fratribus me recommendetis. Osculo pacis dato suis fratribus pie ihesum invocavit ut eum digne susciperet.

Finitis hiis verbis vir fortissimus iocunda voce versus ad fratres inquit: Accedite huc ut tangam vos filii mei antequam a vobis recedam, ad quem appropinquantibus illis singulis brachiis ut potest melius poterat amplectens, cuilibet pacis osculum tribuit. Deinde voce mediocriter elevans vultu placido et iocundo extensis in celum manibus co usque qz ad dominum oculis gaudii lacrimis inundatis dixit:

Pie ihesu virtus mea, refugium meum, susceptor meus et liberator meus, laus mea in quem speravi, credidi et dilexi. Summa dulcedo, turris fortitudinis et spes mea a iuventute mea, voca me dux vite mee et ego respondebo tibi. Opus manuum tuarum quas tu de limo terre creator omnium formasti, quas ossibus et nervis compegisti, cui vitam et misericordiam mortales tribuisti, tue clementie porrige dexteram. Iube domine ne moreris quia tempus est ut pulvis in pulverem revertatur et spiritus redeat ad te salvatorem qui huc misisti illum. Aperi illi ianuas vite. Recordare quod pro me in ligno crucis tamquam latro pependisti, tu promisisti mihi quod eum reciperes. Nam dilectum tuum teneam te nec dimittam. Introduc me in domum tuam. Tu susceptor meus es et gloria mea et exaltas caput meum. Salus mea et benedictio mea, suscipe me misericors deus secundum multitudinem miserationum tuarum. Recordare latronem ad te clamantem in cruce morientem suscepisti, possideam te beatitudo sempiterna. Ceco in secus via clamanti Ihesu fili david miserere mei lumina tue visionis eterne illuminasti. O lux invisibilis qua carens thobias clamabat: Quale mihi gaudium cum in tenebris sedeo et lumen celi non video. O lux sine qua non veritas non est discretio non sapientia neque bonitas, illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte neque dicat inimicus meus prevalui adversus eum. Tedet animam meam vite mee, loquar in amaritudine anime mee. Egrotus sum, infirmata est in paupertate vita mea, ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt, et ideo ad te curro medicum. Sana me domine et sanabor, salvum me fac et salvus ero

Osculo pacis dato suis fratribus pie ihesum invocavit ut eum digne susciperet et qui inte gfido nō erubescā. At quis ego sū pijssime deus ut tā audact' loquar adte peccator sū i pctis tot9 nat9 genit9 et educatus Cadauer putridu, vas fetidu esca vermiu. Heu m̄ dne qre m̄ Ecce victoria si pugnado meru vinces me qui sū mig q̄ stipla an facie venti. dimitte oia pctā mea et erige de stercore pauperē. Certe dne s plag dica. Nō debs me revertente adte fugare qz tu es deus meus. Caro tua de carne mea et ossa tua de ossibus meis ppt hoc nō relinquas prius dextera. Adhesisti me humanitati tue fcus ho et deus, qd prius eras pmanes i vna eadē q psona. Et hō quāeta arduū et icōpabile ppetrasti, nō ut cōfident' adte recurrē tanq ad frēz et ut tua in misericordit' gdonares dimitate. Erua ppt exurge adiuua me dne exurge z ne repellas me in fine. Sic cu9 desiderat ad fontes aqrz ita siciens aīa mea petit te fonte viuū ut hauriat aquas i gaudio de fontibus saluatoris, nesciat aplius. Qn veniet z apparebit an facie tua, Dne mi qn respicies restitues aiam mea a malefactis eorū et aleonibus vnica mea. Vtinā appederent' pctā mea qbus ira merui et calamitas quā patior i statera. Quasi arena maris hec grauior apparet. Nūc et si aplius

expectes, tribulacioz i veiam et dolore. Veni gaudiū spus mei ut delectita. Reuela m̄ via tua leticia cordis mei. Inueniate desideriū meū. Sic seruus gstolat' sine opibus suis et ego expecto te. Intrat postulacio mea i conspcū tuo dne ut fiat manus tua ut saluum me faciat. Ecce viro qui descendens ab Iericho qui captus alat'nibus volneratus sū semiuiuus relictus sū, tu pie samaritane recipe me p tam immis i vita mea z malucorda te fieri nō me cognoui. Ingratus fui tot bnficiorū tuorū nō ut debebat te laudaui forte multociens tamē veritate i corde meo cū pulsabas ad ostiū cordis mei pigr fui vt te reciperem venientem. Corpus putridū velud vmbra declinatus nimio dilexi afferi vbis vanis ob ignaui. Nres mea nō ppe fuit i testamento legis tue. Nō auti oclos meos ut nō aliqui videret vanitate, aures meas que ubis i vtilibus i quiui. Manus meas ad pximitate multociens nō extendi, pedibus ad iniqtate cucurri. Crud pla dica. aplata pedis vsz ad vtice capitis nō est i me sanitas. Certe, nisi in ligno crucis moriens me adiuuisses digna erat hitare i inferno aīa mea. Ergo pie ihu si ps tati pcij p me fudisti sanguinez tuū preciosū nō me refutes.

Ego sum ovis que erravi; require eam bone pastor et appone eam ovili tuo ut iustificeris in sermonibus tuis. Tu promisisti mihi quod quacumque hora peccator ingemuerit salvus erit; dolens fateor, iniquitates meas cognosco et delicta mea coram me sunt. Vere non sum dignus vocari filius tuus quia peccavi in celum et coram te. Auditui meo da gaudium et leticiam. Averte faciem tuam a peccatis meis, dele iniquitates meas secundum magnam misericordiam tuam. Ne proicias me a facie tua, non secundum peccata mea facias mihi neque secundum iniquitates meas retribuas mihi, sed adiuva me deus salutaris meus et propter honorem nominis tui libera me. Benigne fac in bona voluntate tua ut inhabitem in domo tua omnibus diebus vite mee, ut in secula seculi cum habitantibus in ea laudem te. Surge propera prope dilecte anime mee et noli considerare quod fusca et nigra a peccatis. Ostende illi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus suis. Vox tua dulcis et facies tua decora. Ne avertas eam a me et ne declines in hac hora a servo tuo. Ne tradas me in animas persequentium me. Expecto te domine. Credo videre bona domini in terra viventium. Veni ergo dilecte mi, egrediamur in agrum videamusque si floruit vinea. Consummate placitum meum in gaudium in iubilum ad me ante tua accelera ut de hac lacrimarum et miseriarum valle eripias me.

Alloquitur suos discipulos de sua sepultura et corpore domini x

Hec ubi vir sanctissimus continuatis labellis et manibus in celum erectis dixit, parumper siluit. Deinde fratres intuens dixit: Precipio vobis filii mei dilectissimi per virtutem et nomen domini Ihesu ut corpus meum cum dissolutum fuerit in terra prope presepe domini mei nudum sepeliatis, ut illud reddat terre quod veniens apportavit. Nudus in egressu sum, nudus revertar illuc. Societur terra terre. Non decet terram preciosis lapidibus. Appetit enim naturaliter suum simile quodlibet. Itero rogo vos domini mei, appareat corpus Christi, quatenus in suo lumine videam lumen, ut finaliter super me oculos suos det mihi intellectum et instruat me in via hac qua gradior.

Tunc quidam fratrum ad locum accedens sacratissimum corpus Ihesu Christi obtulit. Quod ubi vir domini videre potuit, nobis ei auxiliantibus prostravit se in terra protinus et voce et lacrimis quantum poterat clamans: Domine quis ego sum ut sim dignus quod sub tectum meum intres? Meruit hoc peccator ego? Certe domine non sum dignus. Numquid ego melior sum quam omnes fratres mei? Tu Moysi noluisti uno ictu oculi te monstrare. Cur te nunc tantum

Alloquitur suos discipulos de sua sepultura et corpore domini x humilias ut patiaris ad homines descendere publicari et perdere. Et non solum cum illo manducare vis sed te ipsum manducari ab illo iubes. Luxit ipse illum esse sacerdos elegis se vigorosis genibus flexis cum cubitis tenentibus magnis lacrimis et suspiriis et quam pluries pruriens partus sui dicens: Tu es deus meus et dominus meus qui pro me passus es, an forte alius? Certe tu es ille qui cum deus esses plus ante omnia tempora et sine principio genitus a deo patre eterna et investigabili generatione qui cum ipso patre et spiritu sancto es unus deus es permanens in idem quod eras et es intra virginis puelle corpusculum te clausisti factus homo sicut sum. Vere et deus et homo es. Tunc enim in virginali utero hominem suscepisti quod nec sine homine deus es nec sine deo homo, quoniam nec humanitas sit divinitas nec divinitas sit humanitas. Non sunt confuse nature quamvis sit una et eadem utriusque persona. Nonne es caro et sanguis meus? Vere sic. Famem habuisti, sitisti, flevisti, meas infirmitates habuisti ut ego. Sed tu item peccandi infirmitas et defectus non fuit ut in me. Non enim peccare potuisti ut ego. In te fuit corporaliter et omnis plenitudo gratie. Non enim tibi data fuit gratia ad mensuram. Tua enim anima statim cum unita fuit inseparabiliter divinitati omnia perfecte scivit et potuit que ipsa potest divinitas quoniam ad divinam naturam que utique eterno patri deo equalis es. Sed ob illa qua pro nostra assumpsisti redemptione humanitate mortuus es, nec cum eo aliquid in terris vituperium. Tu nempe ille es quem in Iordanis alveo baptizatum Iohanne vox patris paterna celitus intonuit: Hic inquiens est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et spiritus sanctus ut columba descendens te unum esse cum patre et eodem in substantia declaravit. Tu nempe bone Ihesu pro me crucis tam grande infortunio isto quod pro nobis in tuo corpore subisti supplicium ut morte quam meruit interea flagitiis et criminibus. Animas antiquorum quas dudum diabolica potestas inferis cavernis infernalibus mansionibus continebat recuperares, et tota humana natura quam corruperat in morte perpetua tuo cum ipsa pacificato patre ad vitam interminabilem tuo quem pro ipsa fudisti pretioso sanguine revocares. Cuius quidem vite die tertia resurgens etiam de illo in quo mortuus iacuisti baratro certitudinem firmissimam comprobasti. Tu nos quidem nostra solidata est fides et aucta spes ut sicut incorruptibilis impassibilis et immortalis resurrexisti ita similiter et nos resurgemus. Tu etiam bone et pie domine post tuam inenarrabilem et singularem resurrectionem post completos dies quibus experientia lucida indiciorum multiplicium te ab inferis vivum resurrexisse declarasti. Et ut nulla oriretur caligo ad celos cunctis cernentibus discipulis tua virtute propria ascendens mihi que iamdiu reserans paradisi ad dei.

patris omnipotentis dextera consedisti ubi sine fine sedes. Tu insuper bone Ihesu a deo constitutus iudex vivorum et mortuorum sicut in illo ascendisti die descendes reddere singulis secundum opera que fecerunt. Coram te certe tunc pavident reges. Omnis strata est condicio. Te tunc omnes timebunt qui te nunc contempnunt. Quid tunc tibi infelices homines qui nunc cum malefecerint gloriantur dicent, qui te iam omnia cernentem sentient, quibus nullum amplius erit remedium misericordie. Quid in tempore tuo potestatis omnia cernentis omnia et solum quod iustum est iudicantis facient miseri, qui totum suum in mundi vanitatibus et flagiciis amiserunt tempus, plus diviciis fallacibus quam tibi insistentes, plus filios et filias et mundi gloriam momentaneam quam te diligentes, cum tunc erga eos iratum cernent vultum, cum tam severam expectabunt sententiam, cum eos de minima quoque cogitatione et opera accusabit consciencia et demonum caterva et simul quelibet creatura, quod te deum offendendo offenderunt, cum videbunt statim cum fuerit sententia divulgata se ad perpetua tormenta, quibus et corpus et anima simul cruciabitur cum dyabolo sine fine, nullum nec in perpetuum refrigerium expectantes. Ve ve miseris qui te in isto tam brevi tempore vilissimis bonis temporalibus ebrii, que non solum inopiam non aufert suis possessoribus sed et ipsa sua faciunt indigentia negligentes in beluas rediguntur. Ve ve qui saltem hoc timore penarum et tua provocare iracundia non desinunt, si tuo nolunt amore ut tenentur.

Sed quomodo precipue Ihesu cuius tanta est magnificentia ut nulla queat explicare creatura, quem celi, mare et omnia que eius ambitu continentur capere non possunt. Cum tamen idem totus ubique locorum presens es, nec intus inclusus nec extra exclusus, idem in celo ad patris dexteram omnium supernorum civium beatitudo et gloria, qui tue celsitudinis speciem contemplantur, idem intra pugillo terram continens et concludens, idem in mari et in abissis ad nutum regens omnia et gubernans, idem in inferno potenter dominans, sub tanta panis brevitate contineris non particulariter sed integre et perfecte ac inseparabiliter. O ineffabilis admiratio omnium novitatum novitas. Oculis intus videtur albedo, sapore sentitur gustus, odor tenere olfactu, tactusque subtile reperit, sed auditus cordi reputat in te illa non fore accidentia. Sunt certe preter te sola existunt accidentia sine subiecto, quia non ut humanis videtur sensibus panis es, sed totus verus Ihesus integer sicut in celo ad patris dexteram resides deus et homo. Tu es panis vite qui de celo descendisti dans te sumentibus digne vitam, non sicut manna quod in deserto Moyses pluit patribus, de quo eos qui manducaverunt mortui sunt. Certe qui te digne

sumit quāq̄ morte corpali-
aīa a corpe separetᶻ nō mo-
rietᶻ tn̄ ineternū qz nō illa
separacio mors ē sz de morte
ad vitā transit9 Vn̄ q̄ digne
te manducat ī mūdo moriēs
tecū eterne viuere īcipit. P-
ciosa mors illa ē ante
quā hoīes pcc̄is mortui sūt
viuere īcipiūt. Tu panis an-
gelorū tua visione anglos
reficis et glorificas. Tu esca
es aīe nō corporis ī pinguas
mētē nō ventrē. Tu itē
nō ī pinguarᶻ ɔtutib9 nimis
eger iaz ī plagiis. Tu te
manducātē ut eodē īte
rius sinitas ut tui pticipacōe
efficiatᶻ de9 nec tu ī illum
trāsmutaris veluti alia cor-
porea sūt esca. Heu ve te ī-
digne sumētib9. Certe ad
suā penā et reatū te iterū
crucifigūt nō qꝛ te diuidi-
cet illa manducacō quia im-
passibilis et imortalis oīno
es. Heu mi dn̄e quid dicā. Ecce
hodie sacerdotes te comedūt
ī altari ut carnes pecudū
et volucrū vino pergūt. Nocte
mulierū fruūtᶻ actu turpissimo
et te mane masticādo ɔme-
dūt. Ubi dn̄e latitas dor-
mis ne an vigilas. Est
tibi hoc acceptū sacrificiū.
Est hec oblacō quā eligis.
Respondebis ptēs corde de ce-
lo et de sede maiestatis
tue. Vere si hō velles sacri-
ficiū et libamē et mēdacis
filios et pccōrū copulas. Certe
dn̄e si ita sit quod p eis lo-
cut9 es p phetā si iustꝰ so-
lū supplicatorib9 presto es.
Et si tibi placz equitatib9 hoc
tale ē īpediēs sacrificiū

ne fiat quāquā in se et natura
sui sacrificiū bonū sit nec
possit violari malis sacer-
dotib9 qz malicia nō di-
minuat sacrificiū. Unde hu-
mōi sacrificiū sit ad sacerdotis
iudiciū et dampnatorē nec
p quib9 sit pdest ymo ut
verissime dicitᶻ. Cui vita
sacerdotis agnoscit et eū ipse
celebrare sciat sit eius
pcti ɔsortis nō et pene
pticeps. O magnū et īscru-
tabile misteriū panis acci-
dencia frangitᶻ p partes et tu
ī qlibz pmanes pticula to-
tus et integer sicut
eras antea. O humanorū
illusio sensuū frangi illa
q̄ humanis sensib9 ēē videntᶻ
accidencia et tu nō frangeris
nō corrumperis. Tu te den-
tes videntᶻ masticare velu-
ti male pane et tu nunquā
masticaris. O nobile cōui-
uiū ī quo sub panis et vini
specie tot9 ēē dc̄ de9 et ho-
minis et ita tot9 ī panis spe-
cie et ī qlibz eius pticula et
ī vini spē et ī qualibz gut-
ta sic in panis tot9 et vi-
ni specie sl' Ita tot9 pfc9
et integer sb panis specie
et sb qualibz quātūcūqz minima
quātitate pticla. Et ide tot9
ī vini specie et ī qlibz quātacūqz
gutta pmanet. O esca sa-
cratissima quā vē ɔmedes
de9 efficiarᶻ. Ego dixi
dii estis et filii excelsi oēs
liberatᶻ a malis impletᶻ
bonis et imortalis ī dubitatᶻ
efficitᶻ. O sacra mēa pe-
regrinacōis viaticū quod dehō
neqz sceto pueni ad ce-
lestē ihrlm corporaliū pa-
tres nr̄i in deserto mana

comedantes non pervenerunt ad terram promissionis. Qui in virtute comedit in tua fortitudine ambulabit ad montem dei oreb. O comestio delicatissima in qua omnis saporis et odoris et suavitas, omne delectamentum, omnis medicina, omnis sustentacio et omnis requies a labore nec non et omne quod desiderari potest. Tu vita es qua omnis vivit creatura et sine qua moritur. Tu certe vita es vitalis dulcis et amabilis atque iocunda. Odoris tui suavitas egros recreat et debiles quos tuus facit sapor salubres et fortissimos. Tu lux illa incomprehensibilis que omnem illuminas hominem venientem in hunc mundum. Tua enim domine est omnis potencia; tibi omne regnum ante te curvabit se genu. Omnia quecumque vis facis in celo et in terra et in mari et in abissis. Tue nil est quod possit resistere voluntati. Omnia te operante et per te sunt omnia et sine te nichil. Ergo fidelis anima gaude epulare, ne moreris hijs pasti delicijs, ne pigriteris hoc frui convivio in quo non carnes hircorum aut thaurorum ut olim in lege sed salvatoris tui corpus sumendum proponitur. O signum dilectionis inopiabile ut idem sit dator quod datum et donator est ipsum donum. Quam magna dulcedo tua domine quam abscondisti timentibus te et perfecisti eam sperantibus in te. O ferculum excellentissimum venerandum colendum adorandum glorificandum amplectendum omnibus extollendum laudibus exaltandum cunctis preconijs firmiter in cordis visceribus retinendum et perpetuis temporibus anime alligandum. Cecidit homo per cibum ligni vetiti ad miseriam, per te relevatur ad eternam gloriam. Tu certe in rectis et eruditis habitas cogitacionibus. Tu misereris arrogantem et superbum detestaris divitem, eum dimittes inanem et vacuum ac de te famelicum. Tu pauperem inspiras et humilem omnibus eos implens divicijs tue domus ubertate facias. Inte et per te est verum iudicium et equitas, tecum prudencia et fortitudo et omnis victoria; per te sancti regnant in celestibus, per te doctores predicant, per te iusti contra hostes vincunt, dimicant. De superbum potentem deponis de sede, exaltando humilem. Tecum sunt omnes divicie, te diligentes diligis. Qui ad te primo corde vigilat te inveniet quia cum simplicibus et rectis corde graderis. Tu solus ante omne principium omnium eras et finis et principium. Tu solus sine tempore eterne a deo pregenitus. Quam beati qui te diligunt qui aliud preter te non desiderant. Qui de te assidue cogitant. Qui te digne comedunt quia tecum manentes vias tuas omni tempore custodiunt. Certe qui te inveniunt vitam inveniunt et hauriunt salutem interminabilem. O esca mirabilis ac stupenda delectabilis ac iocunda, tutissima ac super omnia optanda in qua tot sunt innovata signa et mirabilia immutata in qua omne habet delectamentum et ad omne gratiarum profusus est incrementum. O singularis et inaudita tua liberalitas. O tua superhabundantissima ac prodiga largitas, ut tui neminem exortem facias nisi ad te venire contempnat. Si quis ergo parvulus est servorum ad te veniat et te quemadmodum debet fiat magnus, et reliquens senilitatem infantie per viam ambulabit prudentie. Si quis debilis est ad te declinet et protinus fiet fortis. Si quis infirmus sanabitur. Si quis mortuus est si audire voluerit vitam interminabilem apprehendet. Sed qui magnus est et fortis nec hic te desperat, nam semper habundanter inde inveniet quo pascatur. Nemo etenim sine te vivere potest ad momentum. Tu solus vitam das omnibus creaturis. Ideo defecit cor meum et caro mea, deus cordis mei et pars mea deus in secula. Nunc te solum delectatur cor meum, in te exultat anima mea, tibi soli adherere cupit mens mea, quoniam qui elongant se a te peribunt. Tu autem domine ne longe facias auxilium tuum a me, sed tuam ad me inclina aurem misericordie. Te edat pauper et inops et satietur, et tunc vivet cor, laudabit te. O lux invisibilis et inextinguibilis et dia vere illuminans, ceco huic secus viam miserere mei fili David clamanti visum tribue quo te videat. Porrige ergo domine huic manum, esto protector ut sis michi in adiutorium et in locum refugii, ut salvum me facias. Et si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. Mortuus en pie Ihesu iaceo, exurge, resuscita me et confitebor tibi. Eger et infirmus sum, in nulla est amplius in carne sanitas. Medicus es, sana me. Nudus affligor frigore, dives es, indue me. Fame in hac solitudine pereuntibus es, sacia me. O dulcosa salubre poculum es, me inebria. Infixus sum in limo profundi et non est substantia. Veni in altitudinem maris et tempestas dimersit me. Laboravi clamans, rauce facte sunt fauces mee. Intraverunt aque usque ad animam meam. Educ me de laqueo isto. Protector meus, gubernator meus, firmamentum meum et refugium meum, dux meus, rex meus et deus meus, in cuius commendo spiritum manibus, quem in crucis stipite redemisti, cui vitam et imaginem tribuisti. Respice domine humilitatem meam, ne concludas me in manibus inimici. Hodie tecum ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, ut inhabitem in domo tua in longitudine dierum in secula seculorum.

Hijs finitis vir domini gloriosus sacrum domini corpus suscipiens ad terram supinus redditur. Deinde manus in modum crucis supra pectus tenens Symeonis prophete vaticinium scilicet Nunc dimittis decantavit. Quo finito subito cunctis qui aderant cernentibus tanta in loco in quo iacebat divinitus lux effulsit ut instar solis radii splendore quorumlibet vibraret oculos, ne posset morientem virum gloriosum.

aliqualiter intueri. Vna
quidem luce ad horam perma-
nente circumstancium quidam ag-
men angelicum ibidem viderunt
undique discurrencium uti scin-
tille in arundineto solent.
Quidam vero angelos non vi-
derunt sed vocem lapsam celitus
audierunt sic dicentem: Veni
dilecte mi, tempus est enim ut
mercedem accipias pro laboribus
quos mei causa viliter
supportasti. Quidam tamen nec
viderunt angelos nec hanc
audierunt vocem, sed tamen cum hiis
absoluto sermone illa finita
voce hec audierunt verba:
Ecce ad te venio pie Jhesu,
suscipe quem tuo comparasti
sanguine. Hec subito illa
lux disparuit et iam anima
sanctissima tamquam sol omnibus
virtutibus radians carnis re-
soluta sereno celorum regna
adiit gloriosa. In quibus iam
quasi luminare conspicuum re-
nitet et splendore infinite
beatitudinis et multorum chorus-
catione prodigiorum quia non potest
abscondi civitas supra mon-
tem posita, nec voluit deus
ut in morte ipsius lateret
sanctitas, cuius vita sanctitatis
causa fuerat et salutis to-
tius ecclesie militantis. Itaque
denique illa recedente sanc-
tissima anima odor subsecutus
est per dies non modicos ut
nulla forte talis recordetur
etas. Sed certe dignum erat
ut illius mellita odoris
principium claresceret inditio
qui ad unitatem fidei in te-
meritate membra fetida
suorum operum odore suo-
rum supra naturam. Fuerat
hiis diebus presbiter et dominus
huius transitus gloriosi dies erat
ultima in qua quidem et sui ad
Bethleem pius dux gloriam demon-
stravit et omnibus qui in ecclesie
domo habitant prebuit clarum
lumen. Hoc modo Cyrillo episcopo
transitum gloriosi domini Jeronimi ipse
dominus revelavit. Cum iam dicta
hora Cyrillus episcopus devotis
in sua cellula orationibus inhereret
sursum in spiritu raptus velut
in extasi factus subito quoddam
admirabile in quo vir sanctis-
simus ingrediebatur usque ad
celum mirabile et speciosissimum
vidit iter. Cuius tanta erat
pulchritudo et admiratio ut
sicut eodem pergimodo testante
cognovimus stupore velut
amens effectus huc illucque ad-
mirans sine paululum crede-
bat obstupuisse. In hac siquidem
mente positus in proprietate ele-
vavit oculos et ecce ange-
lorum maxima multitudo cum pie-
tate veniebat altissime me-
lodiarum et mellifluorum can-
tuum vocibus concinencium quorum
videbatur vocibus celum terra
et omnia que eorum continentur am-
bitu undique resonare. Prefere-
bat omnia singuli angelorum sin-
gulis manibus accensos cere-
os quorum claritas solis repel-
lebat lumen. Sed quid
addam? Ad maiorem admirationem
ad celos extensis Cyrillus ocu-
los non minore angelorum cer-
nit numero Christo sancti istius ob-
viam venientium. Cum rei
huius amoris expectat ad-
ventum. Interrogasset quidem quid
hoc esset, sed ita eum stupor
oppresserat quod quid dicere
nesciebat. Ac illo diucius
expectante gloriosa vidit
Jeronimum animam precedentibus

qui preibat angelis et sequebatur nimio decorata pulchritudine veniente ad cuius erat dexteram salvator cum ea pariter veniens. Que quidem in loco quo Cyrillus degebat quando dum fuisset et stans ei taliter est locuta: Agnoscis ne me? Ad quam ille: Minime quidem. Cuius enim es qui tanto celestis honoris emines? Et illa: De Ieronimo unquam fuit aliquid tibi cognitum? At ille: Certe quem nominas singulari affectu diligo caritatis. Sed queso ubi est ille? Et illa: Eius sum anima que gloriam iam obtineo quam sperabam. Ad meos perge filios et que vidisti nuncia, ut et aliis declarent et meo statui congaudeant quem elegi. Quibus omnibus sic finitis illa beata visio ab eius evanuit oculis, et fuit interim venerabilis pater Cyrillus ineffabili gaudio perhabundans, ita tamen quod per totam noctem illam non se a lacrimis potuit pre nimia leticia continere. Quam ergo mirabilis est dominus in sanctis suis, mirabilis in maiestate faciens prodigia. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltavit eum, nota faciens in populis virtutem eius. O divini amoris immensitas, divine largitatis affluencia. Quid enim isti suo potuit facere filio honoris et gracie et non fecit? Cuncta copiosa et in vita et in morte erga eum fuit munificencia. Dedit ei dominus claritatem eternam et nomine eterno hereditavit illum et fecit eum heredem gaudiorum supernorum in quibus permanebit in secula. Cui singularis honor et admiranda gloria excedens pene aliorum gloriam sanctorum et honorem. Ubi non solum illa sanctissima anima omnes celestes comitatur cohortes, sed ipse etiam Christus salvator. Nec enim sola in celo fulget in supernis dignitatibus illa beata anima, sed etiam corpus suum sacratissimum non cessat terris radiare miraculis. Ad cuius narracionem congruum est redire.

Defuncto namque ut dixi e vivo sanctissimo Ieronimo completo ij corpus illud tantis fragrans aromatibus custodientes, tota illa in oppone nocte ducentes cum eum in magnis sequitur per dampno quod cunctis obvenerat fletibus et pro gloria qua iam obtinuerat gaudiis vigilamus. Mane autem facto divinis peractis ut condecebat misteriis debitisque obsequiis honore debito consumatis in Bethlehem iuxta presepe in quo pro nobis propter deitatem eternam data ibidem natus virgine infans vagiit, corpus illud sacratissimum sacco tantum coopertum lintheo intra ut ordinaverat sepelimus. Quantis autem ipso die et etiam ad presens miraculis gloriosis mirificavit dominus sanctum suum et filium Ieronimum non foret enarrare sufficiens lingua carnis. Sed tamen aliqua de multis, ne nimis prolongetur sermo, referam.

Quidam a nativitate cecus in ipso sepulture sue die videndi beneficium corpus tangens sanctum obtinuit. Quidam etiam iuvenis surdo et muto sanctissimum corpus deosculanti proluto auris et lingue ligamine et loquendi et audiendi gratia concessa. Et tam dignum erat ut qui cecitatis vel lucis que corporis est tenebris obcecatos suis sanctissimis doctrinis et exemplis illuminaverat surdis quoque et mutis in divinis operibus vera exhiberet medela ut et divina intelligerent documenta et katholice fidei confiterentur rationes quas tenebat in die sui obitus gloriosi et cecis lumine tribuit corporale et surdis ac mutis concedit sanitatem. Quamplurimi ut asserunt qui viderunt a nephandis spiritibus obumbrati in loco quo sanctum quiescit corpus clamantibus diris vocibus demonibus sancte Dominice cur nos tam insequeris. Tu nos per flagellum crucisti et vinculis et vix mortuus sit mirabiliter liberati. Hereticus quidam cum predicatorum beatum Dominicum blasphemaret et eius sanctum dignum corpus intendendo diceret vilescere divina aliorum hereticorum formidine in ligni speciem est mutatus et cunctis qui aderant videntibus igneis celitus cum invasit et cum talibus combussit quod totus in cinere est conversus. Quid hec magna hereticorum multitudo cum tanta sue stultitie ad intendere experientia et ad veritatem sacre fidei tantis et tot apertis signorum indiciis tamquam confusa clamatibus precibus vocarent ad ipsius sacratissime et intemerate fidei lumen redierunt. Quid in plenum dicam que in generatione et generationem vix annunciare conspectu dei unde voluit ut magnificaret cum et colendum exhiberet universis. Quam magnus etiam esse consciens mirabilia cum non est filius suis opera sua. Magna magnalia dei quoque per mundum resonet universi. Cuius gloriam ampliat triplici fama in omnem terram, et ad extrema terrarum spacia rutilat sua lucida signa. Tanta tantorum miraculorum multitudine corroboretur intemerata fides. Quot enim infirmis in integra sanitate corporis reddit proportata enarrare procedet in immensum. Et tempus et vita et vires humane deficient si vellet omnia indagare que operatus est in diebus nostris quam auribus audimus nec est occultata a filiis hominum. Letetur itaque totus fidelium cetus et catholica leticie et exultationis decus concrepet alta voce quod ex eis processit stella micans in celi firmamento cuius fulgentes lucis radii eos dirigunt in celeste patriam adeundam. Cuius certe vita sacratissima est omnibus disciplina moderna sit sui omnibus fidelium instituta. Assint hodie sacre matris ecclesie et pro tanti filii recessu pie lacrime et pro tanta eius gloria in celestia leticie gaudium. Liceat ergo instar pie matris ei pias lamentationes impendere cum tanto se cernit privata filio viduata viro destituta pugile et capitaneo in ipsa palmite quem in agro fidei plantavit et coluit. Roni quod ipso imputetur filio tanto orbato patre si pro dolore dampni tam inestimabilis ea referam que non deceret. Sepe namque nimia cordis habundancia plura homo loquitur quam non vellet. Quid heu karissimi fratres et domini nunc vobis referam cum suspiriendo pergens ut si forte meum quem dira mors abstulit patrem communem invenire et non inveniens quem diligit anima mea cuius dolore langueo. Tedet animam meam vite mee quia ablata est a me vita mea et excussus sum sicut locusta et exaruit virtus mea et lumen oculorum meorum extinctum est. Quale nunc amplius erit gaudium in mundo cum lumen meum videre non possum. Obscuratus est enim sol meus et luna non stat in ordine suo. Omnibus cum lupis quid faciet pastoris privata munimine. Quomodo viget arbor radice detruncata. Quid heu dira fecisti mors. Cur patrem recipiens filium tam medicum et omnibus bonis exulem dimisisti. O mors crudelis non illi sed michi, et pene toti ecclesie cuius subripuisti adletham. Cur non distulisti eum tempore, quare aliquantulum non avertisti faciem tuam ab eo. Certus quod fecisti numquam non considerasti quem tam velociter a nobis subripuisti quia non sit in mundo ei similis in veritate et doctrina et sanctitate. Hic certe

princeps pacis iusticie dux doctor veritatis et equitatis. Armiger intemerate fidei contra hereticos bellator fortis cuius sagitta numquam abiit retrorsum nec declinavit clipeus in bello et eius numquam est aversa hasta. Incliti christianorum plebis flete quia cecidit dux noster. Vox in rama sonat. Tali filii recessu pie plorat ecclesia. Iam circumdabunt eam canes multi, et consilium malignancium obsedebit eam quia longe factus est ab ea auxiliator eius. Iam ad suam non aspicit defensorem. Iam tribulacio proxima est et non est qui adiuvet. Iam in sepulchro iacet protector. Solitus non certe surget adversus malignantes. Ideo clama in cilicio et planctu pia mater, indue viduitatis vestes tanto viduata filio. Heu vaticinabuntur pseudoprophete et prophetabunt visiones mendaces et fraudulentas divinaciones et seductiones sui cordis in nobis et certe non est qui resistat eis. Obturatus est enim fons vite et vena disparuit aquarum viventium. Et tu quid dices karissime pater Damiane ubi plus quam te diligebas. Commilito ubi tua noster itineris consolator doctor et ductor quo abiit tuus. Quando quo scribes ei. Et tuo sui commune karissime consilio velud abiectus a corpore membrorum. Scribe scribe queso ne pigriteris ut si tua corporis distantia exoptata careo visione saltem tua mihi assit memoria frequentibus tuis assiduis litteris graciosis. Teste deo in nullo vivencium ut in te mee spei firmam anchoram posui. Plora igitur deducant oculi tui lacrimas per diem et noctem quia defecit anchora tue spei. Aruit scribentis manus tamquam flos feni iam non erit tibi apostolus eius memoria. Vox eius tam suavis dulcis et iocunda que in fidelium ore erat mel dulcissimum siluit. Heu quale amisisti consolatorem et adiutorem. Certe iam in multitudine consiliorum tuorum defecisti. Non est qui panem frangat tibi vite. Extincta est lucerna in medio ecclesie micans ut non nobis sed sibi luceat non mundo sed celo splendeat. Quid dicam? Cui conquerar? Non in hoc mihi venit auxilium ut consoler. Certe ut intueor a domino factum est istud et ideo sibi dicam: Cur bone Ihesu tam velociter a tua sponsa quam in cruce moriens desponsasti tantum abstulisti filium protectorem et tutorem eius hostes belligeros, forte noluisti eum tecum. Certe domine non eo egebas ut ipsa bene ei quod dederas concessisti sed nobis orphanos reliquisti. Nec conqueror quod aliud quam iustum et equum feceris quia certe iam ipse merebatur sine imponere huius vite laboribus et tenuem esse sed doleo quod tantum incurrit dampnum ecclesia eo abeunte. Utinam eum redderes ut tua rursum stabiliret et defenderet ecclesiam velut prius. Quid bone domine deinceps facient filii iacentes esurientes sitientes famelici civitate ut canes non habentes qui eis panem frangat. Sunt oves errantes non habentes pastorem, discipuli sine doctore, ceci sine ductore. Heu proh pie Iohannes nostre sustentationis baculum ubi es? Quid faciet currus sine te dulcis auriga? Ubi cubas indica nobis. Cur es nunc terre sortitus qui in te nil voluisti fore terrenum? Bethlehem Bethlehem civitas Iuda que non minore de principibus ecclesie retines quem fecisti. Redde nobis quem retines preciosum. Sed et tu terra quomodo audes retinere honorem nostrum qui nil gessit terrenum nil carnale. Certe sua redoluit caro. Suspende et tu piissime Theodorice tua in salicibus organa. Vero pius cessit plectrum tui dilecti Ieronimi recordaris que amisisti. Tanta tibi denique insit doloris affectio quanta exstitit dilectio. Tanta sit lamentatio quantum dampnum, sed que possum mortalium explicare lingua quanta eo superstite adesset toti ecclesie utilitas? Quanta christianorum singulis salubritas? Quantum certamen quanta contra hereticos destructio ac dispersio? Hic etenim omnibus periculis affabilis erat et decorus in vita sua et ideo eius recessum singulis flere licet nec est qui se abscondere vel excusare possit. Ne igitur ne nimis protrahatur sermo ut breviter concludam quantum pro nostro dampno ad dolorem attinet ut quod ex illo proveniebat omnibus utilitas et exultatio explicari non potest ita dolor et lamentatio. Cesset igitur dolor abeat tristicia quibus tunc attingere non possumus quod velles. Et vere non solum nullum adhibet remedium dolori sed auget. Si preterea nostrum diligimus eius leticia gaudeamus. Non vere diligit qui sua tantum utilitate diligit. Scito et si per ea que nobis evenit utilitas doleas et per eis que recepit gaudia collectemur. Adsit ergo nobis hodie causa magne leticie. Cantet quilibet nostrum novum domino canticum. Honorifice iubilis vocibus mater ecclesia. In ympnis et confessionibus plaudet hodie plebs katholica. Undique iocunde christiana concio hodie certe obtinuit. Sed cum quod tanto estuabat desiderio hodie devictis hostibus securum obtinuit triumphum. Certe omnibus expletis laboribus requiem possidet sine fine. Iam non esuriet neque sitiet amplius neque cadet super illum sol neque ullus estus. Ablata est ab oculis eius omnis lacrima. Abiit enim luctus iam certe dolor sibi de cetero non est. Iam certe mercedem habet pro qua toto vite sue tempore laboravit. Consolemur ergo denique. Magnificentiam deo nostro quia dei perfecta sunt opera et omnes vie eius iudicia. Confiteamur domino et collaudemus deum salvatorem nostrum qui non dereliquit sperantes in se sed adiutorio et consolationibus quibus in agone huius vite miserrime cruciaverat illum sed adiutor et protector suus factus liberavit corpus suum a perditione a lingue iniquae et a laqueis operantium mendacium et eum sublimius collocavit infra patris mansiones. Ibi omne est gaudium omnis suavitas omne quod desiderari potest. Ubi felix et perfectio animarum post labores et erumpnas. Ubi dulcis sollempnitas angelorum. Ubi una societas et caritas omnium civium superiorum. Ibi certe nemini timor aut dolor contingit. Ibi nulla penitus agnoscitur angustia tribulatio aut adversitas. Nulla ibi infirmitas noscitur. Nec desiderio frauda(tur) desiderio. Procul ibi distat mors. Nulla ibi prius gloria expectatur incremento sed augmentum sed cum omnium universalis erit resurrectio mortuorum ubi tunc corpus cuiuslibet beatorum simul cum anima recipiet gloriam quam nunc sola possidet anima sine comparabili possidebit. Cum itaque angelorum vel hominum quanta sit minor particula gaudiorum et glorie que ibi sunt est sufficiens enarrare. Certius est intellectus ad hoc intelligendum idoneus quem neque oculus vidit neque auris audivit neque in cor hominis ascendit. Certe si hec quanta sint gaudia consideremus, terrena omnia vilia omni stercore apparebunt. Si hec temporalis vita illi comparetur quamlibet hominum extinguere quam citius poterit ardet ut illius capax efficiatur. Hec vita caduca et momentanea respectu illius mors potius est.

dicenda. Omnis mundi fallax et vana leticia, post hac carissima et omnibus sarcina. Hanc quippe sarcinam deponens Edmundus sanctissimus optimam illa elegit partem, que ab eo nullo tempore auferetur. Ergo gaudete exultate cantate et psallite, quia pater noster gloriosus navem plenam celestibus diviciis et insuper meritis iam in congruo in littore collocavit. Anchoram spei tranquilla iam in statione firmavit. Iam certe bravium obtinet, pro quo in agone huius seculi ab omnibus se illicitis abstinendo cucurrit. Iam victor de suis hostibus triumphavit, cum quibus scuto timoris domini munitus viriliter dimicavit. Iam denarium recepit, pro quo tanto labore in vinea sancte ecclesie laboravit. Iam talentum domino reddidit duplicatum, pro cuius mercede in gaudium domini meruit introire. Propter hoc gaudebo et cantabo dilecto patri meo canticum novum ut sit laus eius in ecclesia sanctorum. Iste dilectus pater meus candidus preciosissimus electus ex milibus in quo nulla est macula, pascitur inter lilia in vinea domini sabaoth. Iste flos campi et rosa nimio fragrans odore de orto nuper ecclesie in viridarium celi transplantatus. Iste cypressus in celi altitudinem se extollit, ad insulas longe divulgetur nomen suum ut sit eterna eius memoria in benediccione. Exultate igitur karissimi fratres et in domino letamini et laudate, quia dignum laudare dominum quia mirabilis est et se ipsius declarat sanctitas. Letentur omnes orbis, erubescant fallaces heretici et iam se nostrat ad nichilum devenisse. Certe non est mortuus ut estimant sui hostes, sed certe victor regnat in eternum. Iam certe refulget eius claritas per eterna palacia. Iam veteribus depositis armis fragilibus nova induit ac perpetua. Hodie undique festum sit in populo christiano leticia. Exultet precipua sancta mater ecclesia, cuius hodie gloriosus filius et cultor, amator et propugnator precipuus omnibus extirpatis hereticorum dogmatibus cum suis fallacibus auctoribus de agro fidei katholice et doctrinis sanctissimis et prefulgidis signis ac prodigiis ut sol relucet inter agmina beatorum. Vale igitur Edmunde gloriosissime. Nostri semper facies apud deum memoriam, ut tua valeamus piissima intercessione ab omnibus protegi nocivis et in futuro gaudia que iam tu possides adipisci. Amen.

Incipit epl'a Augg^ni ad Cyrillu Ihe'osolimitanu epm de magnificencia eximii doctoris Ieronimi psbri

Gloriosissimi xpiane fidei athlete sancte matris ecclie lapidis angularis i quo admodu firmata consistit Nunc vero in celesti gl'a sideris radiantis olim Ieronimi psbiteri laudes Venerabil pr Cyrille siledu no putas, aut lingua balbucientes puer ut viro pollutis labiis me fore locuturu veris Celi enarrat gla dei et oia que fecit dns cu i istis suis laudat Cu libere debz racional creatura a laude dei irracionali no silere Tacea aut loquar cu si tacea lapides clamare iubet Certe loquar et no silebo eximiu laudare Ieronimu licz in oibus idignus et isufficiens laudator existam Quia no est pulchra in ore peccatoris laus Tamen ab eiusdem laudibus minime cessabo Confirmet itaqz mag mea et lingua mea palato nō hereat qua certe magnus e iste vir scissimus mirabil. et metuendus sup omnes q' i circuitu nro sunt Magnus certe i vite excellentissime scitate Magnus i sapientie ineffabilis profunditate Magnus i maioris nunc gle quantitate Mirabil i prodigiis i suetis Metuendus ob sibi a dno tradita ptatem Cu magnus itaqz sit iste gloriosissimus Ieronimus i sue vite excellentissime scitate quo pate facit mea lingua cu pene cunctoru no sufficiant mortaliu lingue ut eius excellentia explicarent, liceat ergo dicere Alter hic samuel Alter hic Iohes bap^ta vite excellentissime scitate Helyas et Iohes heremite magnis cibo rum et vestium asperitatibus carne maceravert no minoris vite Ieronimus gloriosus heremita idem p quadriennium i heremo ferarz tm consors pstitit Cu iam grandeva ita annis ut Venerabilis Eusebii lre quas pdie recepi plenius et melius fatebat Et ut me etiam tu idem nosti, vinu et sicera aliqualit no gustavit Ab oi carniu z pisciu esu ita se abstinuit qd vix eu nominare volebat Coctu quid no nisi i ultima egritudie bis comedit Cilicino sacco carne veluti ethiopis maceratas desup pano vilissimo se tegebat Et tunc aliud n' terra nuq sentiit No nisi semel fructibus aut herbarz foliis seu radicibus pastus i die p9 vesperas se oronibus pces deo tempe usqz ad hora scdam noctis continue vigilabat Postmodu sopno fessus in terra dormiens usqz ad noctem media quiescebat Qua quide continue surgens hora laudibus et scripturis sacratissimis quibus tota radiat ecclia veluti lapidibus preciosis intentus usqz ad eandem hora pdurabat Ita lamentans flebat venialia pcta ut quis eu extimasset homicidiu incurrisse Ter i die continue carne duris verberibus flagellabat, ita qd ex eius corpore rivuli sanguinis effluebat Numqua vbu aliqd ociosu ut pestem.

maximam fugiebat. Ubi-
ocium nullum erat, quia aut sa-
cris lectionibus aut scribendo vel
docendo cunctos exercitabat.
Quid plura loquar? Hi-
storiarum scriptorum vitas perqui-
rere eo ut puto maiorem
neminem invenire. Et quia
super eius Samuelem novimus
fuisse, hunc Samuelem osten-
damus. Hic certe ille Samu-
el qui de vanis litterarum stu-
diis verborumque evocatus sa-
cre scripture ministerio depu-
tatur, in cuius vultus lumine di-
vina gratia influente utriusque
testamenti lumine vidimus,
in cuius brachii fortitudine
hereticorum pars maxima est
dispersa. Hic certe gloria virtutis
mire lucens utriusque testa-
menti ex hebreorum lingua
in grecam prius et latinam dis-
posuitque ipsum posterius in-
certum declarans enigmata et
obscura dubia et nodosa
separans officiorum serie cunc-
tis ecclesie ministris tota pe-
ne ecclesiam edificavit. Un-
de cum magnus appareat in sapi-
entie ineffabilis profunditate
liberales atque scientias ita
perfecte scivit quod relatione sum-
ma nullus sibi similis adhuc ap-
paret. De scripturis vero
sacris ut in multarum suarum
epistolarum quas ad me direxit
experientia didici, equalem
sibi neminem unquam novi.
Hebreorum, grecorum, cal-
deorum, persarum et medorum,
arabicorum et pene omnium
nacionum linguas et litteras
tamquam si fuisset in eis natus
et educatus scivit. Quid
plura dicam? Que ne Ieronimus
ignoravit in natura nullus homi-
num unquam scivit. Nec me ista ve-
nerabilis pater estimes dicere ut
te putem. Ieronimum vita et
virtutes prius me scire cum sibi
socius extiterim multo tempore.
Et testor deum quem ob tam in-
effabilis viri sanctitatem si vo-
luissem tacere non potuissem.
Confitetur mirabilia et sanctitatem
sua et ipsi celi in quibus mag-
nus maioris glorie quantitate
quam multi sanctorum habitat sine
fine. Nulli itaque dubium est
infra prius maiores ipsum
unam ex maioribus et sublimi-
oribus sedibus obtinere. Cum n-
go ibidem sint opera premiet
et iste pastoris pene vite
extiterit, clarum patet omni-
de maioribus et sublimioribus
celestis Iherusalem civibus fore.
Quod ut a nobis plenius et
certius credatur, in mundo pre-
cunctis quorum mira recordat-
etas valde mirabilis appa-
ret prodigiis insuetis et mi-
raculis infinitis, quos michi
aliquando venerabilis Eusebius
suis litteris declaravit. De ce-
teris vero prodigiis que cotti-
die ibidem mirabiliter fiunt ut
cotidie intelligo relationibus
plurimorum audiendo et audire
tibi ipsi pater karissime supplico
ut in brevi volumine quan-
tum potius vera et utilia in-
narrata colligas quam cuius fac-
tas addit eiusdem Ieronimi
sanctissimi devotione transmitte-
re non deneges. Sed ut me-
rita sanctissimi Ieronimi non la-
teat quid erga me divi-
na annuente clementia in
ipso sui obitus die accide-
rit enarrabo. Eodem
namque die et hora quo exutus

putredinis et immundicie carnis toga Jeronimus gloriosissimus vestimentum perpetue immortalitatis et inestimabilis leticie induit. Dum ipse in cella mea quiescens avide cogitarem qualis inesset animabus beatorum qui cum Christo gaudent glorie et leticie quantitas, cupiens in ex hac materia brevem componere tractatum precibus impulsus viri Severi quondam venerabilis Martini episcopi thuronensis discipuli, carta calamo pugillari que in manibus susceptis brevem volens scribere epistolam gloriosissimo Jeronimo destinandam ut quid ipse super hoc sentiret responderet. Sciebam enim in tam difficili questione a nullo alio vivente me posse evidencius edoceri. Cumque iam scribens salutacionis exordium Jeronimo prenotarem, ineffabile subito lumen nostris inusitatum temporibus, nostrisque minime linguis declarandum, cum ineffabili inauditaque odorum omnium fraglancia cellulam in qua stabam intravit hora iam completorii. Quo a me viso stupore ammiracioneque commotus animi et membrorum virtutes amisi. Nesciebam tunc quod dextera mirabilis dei exaltasset servum suum notas faciens in populis virtutes suas. Nesciebam et quod deus antiquis miseracionibus spiritum servum fidelem a carnis immundiciis dissolvisset et tam sublime ei in celo sedem preparasset. Nesciebam tunc investigabiles vias domini. Nesciebam thezauros infinite dei sapiencie et sciencie secreta et occulta dei iudicia non agnoscebam qui quos vult fuit sua infallibili sapiencia ad suam agnicionem venire. Quos autem vocat predestinat iustificat et beatificat prout determinit convenire. Itaque quia tales oculi mei numquam perspexerant lucem talem olfactus meus odorem non senserant tam novis tam inauditis miris obstupebam. Inter hec autem meis in me perstrepentibus cogitacionibus ex hoc esset de luce hec dicens verba vox emicuit: Augustine Augustine quid queris? Putas ne brevi inmittere vasculo mare totum, brevi includere pugillo terrarum orbem, celum firmare ne usitatos exerceat motus? Quod nec oculus ullius hominis videre potuit tuus videbit? Quod auris ulla per sonum hausit audiet tua? Quod cor humanum nullatenus intellexit nec eciam cogitavit, estimas te posse intelligere? Infinite vel quis erit finis? Immensa qua mensura metieris? Pocius totum mare in artissimo clauderetur vasculo, pocius terrarum orbem parvulus teneret pugillus, pocius a motu continuo celum desisteret quam gaudiorum et glorie quibus beatorum anime sine fine pociuntur minorem intelligeres particulam, nisi uti ego experiencia docearis. Desiste adhuc brevis temporis spacium impossibilia facere ne coneris donec tuus impleatur vite cursus. Hic non queras que non alibi nisi quo tam feliciter propero inveniri potest. Sic satage talia exercere opera ut per quem modum ibi que hic aliquid intelligere cupis totaliter ignotum habeas. Unde qui intrat nullatenus exprimunt. Ad hec ego pavide stupens admiratione tanta concussa pene amens, omni quasi vigore carens, his verbis aliqualem sumens audaciam, tremebunda voce dixi: Fas utinam mihi foret, quis tam felix es, tam gloriose, tam honorifice ad illa properas gaudia, qui tam dulcia eloquia gutturi meo facis non ambigere. At ille: Nomine meum queris. Ieronimi illius presbiteri, cui transmittendam epistolam scribere incepisti, sum anima, que hac in hora in Bethleem Iuda carnis onere deposito, Christo omnique celesti comitata cohorte, omni decorata pulchritudine, omni illustrata splendore, illo induta immortalitatis deaurato vestimento, circumamicta omnium bonorum et gaudiorum varietate, terrenorum omnium triumphatrix, omni dyademate coronata et omni felicitate et beatitudine vallata, tam gloriose tamque ineffabiliter pergo ad regna celorum, ibi sine fine mansura. Illius etiam demum tempus expecto glorie destinatum, scilicet augmentum, quo iterum corpore potiar glorificando et non morituro, scilicet gloriam quam sola nunc habeo habitura in illa scilicet universe carnis resurrectionis die. Cum ego aliquantulum animi in me collectis viribus pre gaudio alacrimis non cessabam sic respondi: Utinam vir eximie tuus mererer fieri pedisequus. Ergo quo tu famuli quamvis vilissimi quem dilexisti in mundo minima caritatis affectione recordaberis, ut tuis intercessionibus a peccatis emundatus, te gubernatore recto calle inoffenso pede preda, tuis defensionibus assiduis ab inimicorum omnium insidiationibus protegar, tuoque sancto ductu salutis attingam portum. Si placeret utinam voluntati tue aliqua mihi interrogati respondere. At illa: Sicut optas dicito, me omni voluntati responsuram scies. Velle inquam intelligere utrum beatorum anime quidquam velle possint quod obtinere negant. At illa: Unde Augustine novum est quod sanctorum anime ita in illa eterna gloria ideo sunt solidate et firmate quod nulla sibi inest alia voluntas nisi dei, quare nil aliud possunt velle nisi quod deus vult. Ideo quod volunt obtinere possunt. Item quicquid volunt deus et vult et adimplet. Neque quippe nostrum fraudantur suis desideriis, quia nil preter deum aliquis nostrum optat. Eundem quippe ut deum volumus, deum habemus; nostra propterea desideria sunt plenissime adimpleta. Loqui quidem pro hac me Cyrille illorum tempore presens suo que nunc glosa illa anima perscrutati patefecit in hac brevitatis epistola. Speros enim quod Bethleem ad tantas reliquias visitandas permittere dabo veniam non post multos annorum circulos ubi tuc gaudium et inspiratis tradidi videns perspicatis pluribus ita quod hora gloriosissima anima ibidem mecum manens trinitatis sanctissime unitatem et trinitatem unitatis filii a patre generationem spiritus sancti a patre et filio processionem. Angelicas ierarchias et ordines et corporum beatorum premium misteria beatarum etiam animarum felicitatem et alia utilia et grandia humanis intellectibus quam subtilia quam evidenter quam mirabiliter mihi patefecit audiendo; si omnium hominum linguis loquerer non explicare sermone. Deinde a meis oculis lux illa disparuit sed multis postmodum diebus ineffabilis odorum suavitas remansit. Ecce mirabilis ergo iste est faciens tot mirabilia tot et tanta hominibus inaudita prodigia. Ad ipsum ergo ore nostro clamemus et exultemus demusque gloriam laudi eius qui tam est dignus et omni laude nec sunt sufficientes eum laudare. Introivit enim in domo domini candidus et pulcherrimus ubi sine dubio de sublimioribus et preclarioribus glorie sedem obtinet.

Quod ut iterum clarius veritatis lumine pateat pluribus testibus quam uno testimonium quod supra diximus Severus vir doctrina et scientia pollens cum tribus aliis in ipsa die et hora obitus Iheronimi in Thuronensi civitate vidit mee addam visioni de quo quidem unde plurimis ipsemet ad me veniens fuit testis. Volens itaque deus ut sublimius Iheronimi gloriam mundo revelaret velut sanctitatis sublimis et pene cunctorum viventium excellentissima ne illi quos sanctitatis illius delectabat sequi vestigia habuisse eum primum ignorantes aliquem a sanctitatis deviaret tramite. Et ut etiam alii tot et tanta clarissimi cernentes premia illius sanctitatis et virtutis inhererent vestigiis. Minuit enim laborem ponderis premiorum spes. Die et hora qua idem gloriosus Iheronimus feliciter exspiravit clarigerenda sibi gloriam Severo et tribus aliis cum eo stantibus sic declaravit. Hora completorii die illo in domo sua Severus cum tribus viris katholicis quorum duo monasterii quidam venerabilis virtutum erat monachi in divinis degens locutionibus in celo in ethere tractatum suavissimorum auditorum ineffabilium et incredibilium infinitas repente audivit voces et organorum tympanorum et tocius simphonie et instrumentorum sonos quibus celum et terra et omnia ut sibi videbatur undique resonabant quorum suavitatibus eorum anime pene a corporibus exalabant. Stupefacti illico omnes illi elevantes oculos in celum totum ether et omnia que eorum continentur ambitu viderunt quandam lucem septies solis luce preclariorem clarescere ex qua omnium odorum aromata erumpebat. Hec illi tam miranda cernentes deum exorarunt pariter ut eos cur talia fierent non lateret. Quibus de celo vox veniens ista dixit: Nulla vos moveat admiratio, nil vobis videatur mirabile si talia et videtis et auditis. Hodie enim rex regum et dominus dominancium Christus dominus, experti de hoc nequam seculo animam gloriosissimi Jeronimi in Bethlehem inde commorantis, totus festivus obviam venit. Ut eam preciis tanto honorificencius tanto excellencius et sublimius ad sua introducat regna quanto preciis sublimioris vite meritis fulget. Hodie omnium angelorum ordines exultantes et talibus vocibus alternatim concinentes suum sociant dominum. Hodie omnium patriarcharum et prophetarum cetus. Hodie apostolorum et discipulorum chorus. Hodie omnes sancti martires. Hodie confessores. Hodie gloriosa dei genitrix sanctis omnibus comitata virginibus. Hodie omnium beatorum acies letabunde et festine suo occurrunt compatriote et civi. Hiis auditis vox pluit sed in luce et cantus et odor per horam per quemmodum perdurantes cessaverunt. Itaque liquet patet omnibus de sublimioribus et maioribus civibus fore quo et mirabile et magnum est et eciam metuendum super omnes pene sanctos ob sibi traditam potestatem. Nullus sit quidem dubium ita preclarum qui velit posse ipsum assequi sic prefectus sua voluntas divine maiestatis coheret. Nullus metate audacie putet ut fateor ipsum Johanne baptista quo testante salvatore nullus maior surrexit, petro et paulo et ceteris duodecim apostolis qui ab ipso Christo electi et sanctificati sunt, prestanciorem in gloria. Sed tamen et si prohibeat racio ipsum illis maiorem obtinere gloriam in celi regno aliquis audere dicere, tamen nullas video raciones cur sit nephas dicere equalem illis in gloria Jeronimum fore. Dummodo ille in vite sanctitate dissors non fuit, cum non sit personarum acceptor deus, sed singulorum merita discernens et reddens unicuique quod meruit. Absit si cuiquam videatur minorem Johanne et apostolis Jeronimum gloriam obtinere. Parum videatur minorem ipsum obtinere cum et si illis sanctitatis merita illius labores gravia illius scripture et verissime translacionibus veteris scilicet testamenti officiorum quoque ordinacionibus sancte ecclesie non solum presentibus sed eciam futuris prospiciunt et eternant. Paulo minorem fore nil ipsum ab eisdem in gloria discordare ut verum testor deum puto iudicabit. Porro ne aliquibus deridendi laqueum inire videar, dum Johanni et apostolis in sanctitate et gloria equalem esse Jeronimum gloriosissimum fateor, unum quod expertus sum non diu diebus quatuor in visione vidi enarrabo, ut veritas non lateat et ne quis me laudes et preconia credat vel amore carnali quo hoc amicitatis commune maioris deviat vel sane mentis impericia vel alia quacumque causa. Sed me hoc non abigat ab homine intellexisse minime sed per revelationem quam deus omnipotens qui suos exaltat servos et exaltando magnificat. Quarta presenti nocte michi ante cogitanti quas laudes quidve debite reverentie et magnificentie Jeronimi in brevi retexere epistola demonstravit hoc modo. Cum itaque ut dixi disponerem hac tibi epistolam scribere cogitare apta laudes magna invenire, hora adveniente noctis media me sompnus oppressit. Et ecce maxima michi affuit angelorum multitudo inter quos fulgentes plus infinito sole duo erant viri ita similes et uniformes ut nulla in eis videretur differentia qua alter ab altero differre posset, nisi quod tria serta ferebat alter in capite ex auro et lapidibus preciosis, alter vero duo. Hii candidissimis induti collobiis undique auro et gemmis contextis, tante erant pulchritudinis ut non valet quispiam ymaginari. Attendentes itaque illi ambo ipsi me conspiciendo paulisper steterunt. Deinde ille qui tria afferebat serta habens me verbis fuit allocutus: Cogitas Augustine quas debeas laudes de Jeronimo in veritate proferre, atque certe dum cogitans nondum nosti. Ecce huc ambo venimus ut eius tibi gloriam indicemus. Hic certe meus socius quem vides Jeronimus ipse est qui sicut equalis michi in vita et sanctitate fuit ita per omnia in gloria equalis est. et que possum et ipse potest et quod volo et ipse vult. Et sicut deum video et ipse videt et cognoscit et intelligit in quo divina vera et sanctorum omnium consistit beatitudo et gloria. Verum tamen maiorem vel minorem gloriam alter altero sanctorum non in quantum magis et minus divinam contemplatur speciem sive cognoscit. Certe nos duo in quantum plus illo ferimus aureolam martirii e quo vitam finivimus corporis. Quamvis et si in mundo ob labores et penas erumnas afflictiones verbera contumelias et cetera valde quamplura que ita pacifice pertulit ita gaudet propter deum ut in infirmitatibus exultaret verus martir et palmam martirii non amisit, tamen quod gladio vitam non finivit aureolam que in signum datur martirii talibus non habet. Certa nos duo alia que habemus aureole sunt que solum virginibus et doctoribus dantur ut ab aliis distinguantur. Ad hoc ut michi videbatur respondi. Quis enim es domine mi. Et ille Johannes inquit baptista sum qui huc ad te descendi ut nunciarem tibi Jeronimi gloriam quatenus ipsam gentibus nunties. Hoc enim noveris quod honor et reverentia que singulis sanctorum exhibetur ceteris omnibus exhibetur. Nec putes ut in celo sit aliqua invidia ut in mundo. Sicut enim in mundo quilibet homo ceteris preesse magis vellet quam subesse, ita in celo propter caritatem ineffabilem qua se invicem diligunt beate anime quilibet sanctorum ita alterius gloria gaudet sicut sua, quinetiam vellet quisque maior ut quisque minor sibi esset equalis et pene maior quam eius gloria esset sua.

Ita minor maioris gloria gaudet sicut eam haberet ymmo potius de sua si per hoc esse impetraret. Unde singulorum est gloria cunctorum et cunctorum est gloria singulorum. Hijs dictis societas omnis illa discessit. Expergefactus itaque a sompno tantos in me subito sensi caritatis ardores quantos in me nunquam senseram. Non deinceps hactenus aliquibus in me vel inuidie vel superbie siue arrogantie fuit appetitus vel cogitatio. Testis est enim deus qui omnia antequam fiant nouit quod deinde tantus in me extitit caritatis feruor quod plus alienis bonis gaudeo quam meis, plus affecto omnibus sanctis esse quam superiorem. Hec ideo dixerim non ut laudis acciperem famam sed ut hec quibus non placet vana fuisse scrupula quibus sepe de laudibus meis mira. Sepe etenim deus abscondita et magna per minima reserat. Magnificemus ergo dominum in isto suo, magnificemus opera sua quia perfecta sunt nec est in eis iniquitas. Ergo dominum Johannem communiter magnificemus qui in vita sua magnifice fecit et in morte sua magnificam recepit coronam. Propter magnus est in medio nostri et magnus et excelsus in vite excellentissime sanctitate, magnus sanctus et excelsus in sapientie ineffabilis profunditate. Magnus sanctus et precelsus in maiorum ac glorie quantitate. Mirabilis et gloriosus et laudabilis in prodigiis in visis inauditis et insuetis. Metuendus et colendus et venerandus ob sibi traditam a domino potestatem honorem et gloriam sempiternam. Magnificemus ergo obsecro eum nec taceamus quia maior est omni laude nostras faciamus in principio glorie sue laudes. Nec miretur hic si eum quem deus magnificauit et exaltauit nos magnificemus et laudemus nec homines pigeat venerari et colere quem deus voluit et venerari. Nec putet quispiam Johanni et apostolis in gloria et sanctitate equando, communiter Johannem et apostolis inferre iniuriam, quia ipsi illis potestate et gloria et sanctitate comparare si possent optaret. Gloria enim et beatitudo eius corporis est gloria et beatitudo, et corporis sua honor laus et reuerentia a nobis exhibita Johanni communis corporis singulis exhibetur, et que illis singillatim exhibetur Johanni communiter exhibetur. Si ergo cupis Johannem baptistam et apostolos venerari simul venerare illum quia ipsis potentia est equalis. Semoue igitur omni depulsa formidine Johannem baptistam communiter equalem et non minorem quam nullus maior ordine deuotione et reuerentia fateamur. Nam si minorem fatemur Johannis glorie derogamus et magis iniurias exercemus quam laudes. Huiusmodi mei imperiti sermonis opus quamquam insufficienter quamquam vilissime quamquam nichilominus deuote et reuerenter completum ad te venerabilis pater pro corde et magna animi deuoti affectione remisi, supplicans ut in tenuioli mei uberula que de mee imperitie pauperie in laudes eximij Johannis obtuli non deridendo sed caritate debita equanimiter tollerando legas, et quamvis debito deponi ad tanti viri laudes et mee imperitie et simplicitati et eius laudandi immense in maiestati. Nam certe s omnium mortalium lingue solum eius laudes promeret, huius debito satisfacere. Mei preterea venerabilis pater esto memor ut dum in illo steteris loco quo illud sacrum eximii Jeronimi cadaver quiescit eius me intercessionibus recommendes. Certum nullum dubium est quod ea que optat id Jeronimus poterit continuo obtinere. Non enim suo aliquis defraudatur desiderio. Amen.

Incipit epistola sancti Cyrilli Jherosolimitani episcopi ad beatum Augustinum doctorem eximium De miraculis beati Jeronimi.

Venerabili viro episcoporum eximio Augustino Yponensi presuli Cyrillus Jherosolimitanus pontifex et omnium sacerdotum infimus illius sequi vestigia cuius sanctitas radiare non cessat. Gloriosi sancti Jeronimi gloriosissimi cuius memoria est in benedictione in seculum seculi. Cui quantus sit et tu sicut bene nosti eius verissimis colloquiis et doctrinis de quo me velle disserere cum sim in toto corpore et indignus quasi reputo audaciam. Tamen quia tua me cogit dilectio ut tibi aliqua scribam de predignis operibus eius que per illum in diebus nostris fecit dominus ut eum celebrem in mundo faceret et cunctis hominibus gloriosum. Tantum tuis confisus orationibus opus aggrediar et breviloquio constringam de multis pauca. Gloriosum huius viri obitum missione quamvis mea nunc non et nuntiata tui temporis parte te nosse non ambigo. Nam vir utique reverendus et memorie oblivioni non dande Eusebius nobilis Cremonensis eius discipulus in quo magistri refulsit sanctitas et doctrina, cuius sapientiam et probitatem et excellentiam non ignoras qui post biennium a nostre mortalitatis miseria ereptus suum predilectissimum magistrum Jeronimum in celis prius est secutus ut nobis indicant eius crebra miracula de quibus etiam inferius aliqua pertractabo. Reverendo patri Damaso Portuensi episcopo et Theodonio Romanorum senatori eius fratri Beneo probissimo viro Eustochio sanctissime mulieri tibi et multis aliis quos singulatim nominari non esset necesse per suas litteras totius eius obitus seriem intimavit. Nam amplius ea que nosti recitare foret superfluum et dicendorum impedimentum. His ergo obmissis ad eiusdem que non cessat continue clara miracula noster stilus vertat ut tua possit devotio. Et primo ab Eusebio viro sanctissimo eiusdem Jeronimi sanctissimi discipulo sumat initium.

Post obitum gloriosi Jeronimi quedam heresis inter grecos secta surrexit que ad latinos usque devenit que suis nephandis intendebat rationibus probare quod anime beatorum usque ad universalis iudicii diem in quo corporibus iterum erunt coniungende de visione et cognitione divina in qua tota consistit beatitudo sanctorum privabantur. Nec dampnatorum similiter usque ad diem illum ullis cruciabantur penis. Quarum ratio talis erat: Sicut anima cum corpore meruit vel peccavit ita cum corpore premia recipit sive penas. Asserebant etiam illius secte nequissimi nullum

Incipit epistola sancti Cyrilli Jherosolimitani episcopi ad beatum Augustinum doctorem eximium de miraculis beati Jheronimi.

fore purgatorii locum in quo dia q non diu de suis partibus in mundo plena egisset penitentia purgaret. Prima quoque secta pestifera crebrescente tatque in nos dolor venit ut nos a plus piget vivere. Cum meis cunctis suffraganeis episcopis et aliis viris katholicis convocatis eis ieiunia et orationes indixi ut sua sic agitata fide divina nos puniret bonitas. Mira res et forte huic similis nunquam visa, tribus expletis diebus ieiuniorum et orationum subsequenti nocte gloriosus Ieronimus suo predilectissimo filio Eusebio coram oratoribus iacenti maiestate apparens, benigna quoque eum allocutione confortans ei dixit: In hac secta pestifera minime formidare cum sibi finis iam imponendus erat. Cui ille Eusebius nimio fulgente splendore ita ut in eum oculus humanus aspicere non valeret, inquit, qui de tanti sompno evigilans cum gaudio dulces per oculos fundens lacrimas ita ut vix voce formare posset, quantum poterat clamare cepit: Pater mi Ieronime es Et turba plures vicinas ait: Cur me deseris, cur mea proprietate spolias. Ite teneo te nec dimittam nisi sit tuo quem dilexisti filio condicere. Cui gloriosus Ieronimus: Non te in eternum fili dilectissime deseram, conforta te, vince. Nam die me sequeris et sis in gaudio permansurus sine fine. Et hoc Cyrillo cunctis quoque fratribus nuncia ut die crastina in presepe domini ubi meum quiescit corpus omnes in unum conveniant, tam katholici quam illius secte viri, et tu horum qui in hac sua urbe hac nocte defuncti cadavera in humata in loco quo meum est humatum corpus facies deportari, super quibus saccum quo utebar ponens, statim vite pristine reddita, hac radicitus heresim extirpabit. Cui valedicens gloriosus Ieronimus disparuit. Mane autem facto ad me quem Bethlehemitice erat venerabilis Eusebius veniens cuncta que viderat enarravit, quod immensas creatori gratias agens et Ieronimo glorioso, omnibus in predicto loco in quo nobis de intemerata virgine salvator natus est et ubi eius sanctissimi Ieronimi cadaver humatum est congregatis, predictorum defunctorum cadavera deferri feci. Quam mira erga homines dei miseratio et dispensatio, quot modis in se sperantes sit immense qualitatis et quot honoribus suos exaltat. Sanctos fiebat interea ab illius secte cultoribus derisio credentibus quod foret exinanita magna domini. Serte itaque omnium fidelium cetus et deo in voce exultationis psallat qui suscepimus misericordiam domini in medio templi sui. Accedens namque vir venerabilis Eusebius ad singulorum cadavera flexis genibus manibusque in celum extensis cunctis audientibus sic oravit: Deus cui nil impossibile nil grave in tue fortitudinis et virtutis, qui facis mirabilia magna solus et nullus in te sperancium spernis, nunc preces tuorum exaudi fidelium et ut tua quam dedisti fides intemerata inviolataque per secula maneat ac etiam ut hereticorum error appareat per merita et intercessionem gloriosi dilecti tui Ieronimi introduc in hec cadavera animas quas de ipsis egredi voluisti. Qua una oratione finita singula sacco quo super carnem gloriosus Ieronimus utebatur tangens cadavera protinus in ea vite spiritum introduxit. Tunc hominibus apertis oculis omnibus que vite signis ostensis sunt perfecte resuscitati et receperunt animarum beatorum gloriam et penas tam purgatorii quam inferni clara voce omnibus intimaverunt. Ita ut nisi per modum interrogati dixerunt, Ambrosius Ieronimus eas conduxerat seu in paradisum purgatorium et infernum ut quid ibi agebatur patefacerent. Unicuique sibique dixerat quod ad corpora rediret et de perpetratis peccatis agerent penitentiam, quia eodem die et hora qua venerabilis Eusebius migraturus erat et ipsi morituri erant ac, si bene agerent, cum eo gloriam adepturi. Sed et sic factum est ut inferius declarabo. Hinc ergo pacto multitudo maxima populorum tam fidelium quam et illius secte defunctorum qui ad tam grande concurrerat spectaculum tam eorum erroris iudicium et veritatis experimentum necnon et beati Ieronimi merita egregia cernentes magnis vocibus laudes immensas referunt creatori qui suos in se sperantes non deserit. Et sic Augustine karissime pius dominus naviculam sue fidei sacratissime in huius mundi mari eructuationibus malorum hominum fluctibus agitari permittit sed minime naufragari. Tu non quidem forti animo esto ac si velit agere non formides contra fidei persecutores magnanimiter dimicare. Sub umbra alarum tam pii patris quam suorum fidelium preces inefficaces esse non sinit dummodo tota spe et puro fiat animo. Non enim aliter nequeunt nostre non exaudiri preces, nisi cum in deo nostra non perfecte spes consistit vel quia petimus non petenda. Ad ipsum ergo dominum non tam ore sed toto corde clamemus dum affligimur et ipse qui dominatur in virtute sua et nos cotidie oculo respicit pietatis non permittet nos temptari supra id quod possumus. Sed ne nimis deviando a proposito meo gradiar ad incepta redeam et venerabilis Eusebii obitum complebo primo et virorum illorum trium supradictorum quos resuscitatos nosti migrationem scribens quia eadem sunt hora et die quo Eusebius de huius mundi valle miserie exempti, aliqua Ieronimi miracula de multis introducam.

Adveniente autem die quo venerabilis Eusebius a beato Ieronimo in visione qua superius fatus sum se migrare sciverat die tertio precedente languore febrium percussus valde se supra terram nigram in medio nudum deferri fecit a fratribus et singulos osculans fratres benigna eos consolatione confortavit et ut isto manerat proposito admonuit. Deinde saccum quo gloriosus induebatur Ieronimus deferri fecit et super se poni iussit. Ordinavit quoque se nudum instar gloriosi magistri extra ecclesiam in qua iacebat sancti Ieronimi cadaver sepeliri. Post hec communione sanctissimi corporis ihesu christi se muniens se domino et beato Ieronimo commendavit et sic per triduum locutione corporali quoque visione privatus cunctis astantibus alternatim fratribus psalterium passiones domini et alia sacra quamplurime legentibus iacuit. Durum quippe et cunctis hominibus in mundo degentibus formidabile hoc quod narro. Die autem quo mortuus erat per duas horas ante beate anime exitum venerabilis Eusebius tantas tribulationes cepit actus pati agere quod cunctos astantes mortifero pavore perterriti velut amentes in terra iacebat. Nam quandoque transversis oculis manibus strictis facie tribulata voce quasi dira qui sedebat clamabat: Non faciam non faciam. Mentiris mentiris. Post hec ad terram rediens faciem suam inclinabat in terra quantum poterat clamans: Adiuvate me fratres ne pereat. Tunc monachi videntes lacrimantes et trementes eum interrogare quid haberet pater. Ad quos ille: Non videtis demonum agmina que me debellare cupiunt? Et illi: Quid te facere volebant cum dicebas non faciam? Et ille: Conantur namque ut divini nominis blasphemus inveniar et ideo hoc me non facere acclamabam. Tunc illi: Quare pater faciem abscondebas in terra? Et ille: Ne eorum aspectum cernerem qui tam turpis et horribilis est quod omnes pene que in mundo sunt respectu eius nichil sunt. Inter hec verba actus pores viteras sic ad extremam horam usque devenit. Fratres autem qui astabant pavore et dolore perterriti velut mortui stabant quid facerent nescientes. Sed gloriosus in sanctis suis mirabilis deus in maiestate sua benignus et se timentibus misericors servos suos non dereliquit in tempore necessitatis. In extrema namque hora venerabili Eusebio pervenienti gloriosus Ieronimus apparuit eum benigne confortans. Cuius adventu statim illa demonum turba que infinita eius timore perterrita ab eo velut fumus evanuit ut plures testantur monachi qui propriis oculis dispensatione divina se hoc vidisse dicunt. Sed hoc magis approbatur nam omnibus circumastantes audierunt has ab Eusebio voces: Unde venis pater? Quare tantum moratus es? Quare post tuum filium non derelinquas? Cui subito cunctis audientibus alia vox respondit: Expecta fili, ne formides, quia te non deserere quem tantum diligo. Qua finita voce brevi inde decursa morula venerabilis Eusebius expiravit. Qua quidem hora et illi tres qui resuscitati sunt migraverunt et ut puto cum Eusebio ad eterna gaudia pervenerunt. Ita per omnes illos viginti dies quibus postquam ut nosti resuscitati sunt se in terra perpetua tradiderunt ut sine dubio eterna beatitudine perfruuntur. ¶ Silencio pretereundum nequaquam puto que ab eisdem tribus viris per illos dies quibus vixerunt didici. Continue toto hoc tempore cum aliquo eorum secreta vite illius quam post hanc brevem et momentaneam expectamus rimari cupiens a tertia hora scilicet diei durabam ad vesperam. Sed quoniam multa ab eisdem didicerim tamen ad presens brevitatis causa quedam solum referam, cetera vero alias ea dicturus obmittam. ¶ Quadam vice ad unum eorum me invisere contigit quem dire lacrimantem nec meis verbis consolacionem aliquam admittentem conspiciens tanti fletus causam ab eodem cepi perquirere. Cumque pluries de hoc a me interrogatus nec tamen ad interrogata responderet, tandem meis coactus importunitatibus sic respondit. Si que perdidi sicut expertus non ignorares tibi semper inesset fletus causa. Ad quem ego: Queso ut que vidisti edisseras. Tunc ille paulisper tacens dixit. Si quales credis penas et tormenta non solum dampnatorum sed eciam in purgatorio existentibus comparari. Ad quem ego: De istorum tormentis que verba potest proferri sentencia. Ut enim puto nimis quibus affligimur penis equari non possunt. Ad quod ille: Si omnes que in mundo sunt cogitari possent pene, tormenta et afflictiones minori quam illic habetur pene comparentur. Omnes que hic videntur pene et tormenta solacia erunt si comparentur minimi. Quilibet vivencium si illas experiencia nosset, peteret usque ad finem mundi omnibus hominibus simul sine remedio cruciari penis quas omnes homines ab Adam hucusque singillatim pertulerunt quam uno die in inferno sive purgatorio minori quam illic habetur pena torqueri. Et ideo si causam mei interrogas fletus timor penarum est que peccatoribus infertur dati. Scio namque me erga deum meum peccasse et ipsum iustum fore iudicem non dubito. Qua de re ne mireris si plango cum potius si non plangerem vehementer admirari debes. Sed potius admirare quare homines qui se mori non dubitant saltem aliorum experimento tanta hic securitate vivunt nec talas cogitant evadere penas. Ad hoc dolore tactus interius ita ut vix verba formare possem dixi: Heu quod audio. Sed queso in quo tormenta differunt infernalia ab hiis que sunt in purgatorio dicas. Et ille: Nichil inter se differunt quia eadem sunt magnitudinis pene purgatorii et inferni. Sed unum est quo differre possunt quia infernales finem non expectant sed augmentum scilicet in iudicii universalis die cum corpora ibidem cruciabuntur cum animabus. Et purgatorii sunt cum fine. Nam postquam expleta pena iam exempti gaudiis beatissimis perfruuntur. Ad hec ego sunt

omnib9 i pgatorio existetib9
equalia tormta ul diuisa
Ad hec ille diuisa qde in
aliqb9 maiora, aliqb9 uero
leniora iuxta magtudine
pctoru. Ita i patria ets btoru
omib9 aie glose diuina conte-
plant' pñciam in q° ois con-
sistit gla q'uis singli
tata habeat gaudia qn-
ta velle ul cogitare put-
ta gaudijs no sut pares
qz maiora hec sz ala pos-
sidet minora illa sz aia
iuxta opa q fecerut. Sed
si tibi aliqua dubitacio
existit ut scias posset i esse
diuisitas gaudioru quoru
causa e solu ipe deg i q°
nlla potuit vmq fore
dubitacio. Solucio sit patz
na cu diuina conteplacio
et cognicio sue itelligencia
sit tota merces et gla
i aliquo pt ee sicoru mi-
nor i alio uero maior. Quod
cto cu omib9 sit aie deu
sicuti e videat et cognos-
cat. Aliq mig videt et i-
telligit et sic sibi minor
est gla. Aliqua uo cla-
rius videt et sbtilius in-
telligit et sic maior pos-
sidet glaz. Cur ergo de il-
loru miseroru dapnatoru
penis dici pt. Cu em
omib9 aie dapnatoru in
vno consistat penaru loco
tn diuersis cruciat' penis
iuxta viciorum qlitates. Ta-
tu siquide differt int
xpianoru qui ibi torqnt'
penas et paganoru. Ut
paganoru cruciamta
respectu eoru q xpiani fu-
it et pctores sustinent sit qi

nulla qmq dino i effabilia
sint n' apimetib9 cogita-
bilia. Et dignu e Ita illi
sz xpiani graz dei i vacu-
traditus sum huius mundi exilio. z esse iam incipio plenus iniquitatibus z abhominacionibus. Qua raptabor an districtu iudicie de operibus meis ro racionem reddituris. Ve mihi misero cum venerit illa dies iudicii z aperti fuerint libri in quibus omnes mei reatus z cogitaciones domino presente recitabuntur. tunc dimisso capite pro confusione male consciencie in iudicio coram domino stabo trepidus z anxius utpote commemorans scelerum commissa meorum et tunc dicetur de me. Ecce homo et opera eius et reducta ante oculos meos omnia peccata mea z delicta mea. Quadam namque vi divina fiet ut unicuique sua opera bona vel mala tunc in memoria revocentur z mentis intuitu mira celeritate cernantur ut accuset vel excuset sua consciencia, atque ita simul et singuli omnes iudicentur. Ubi iudicium faciet gestorum quisque suorum. Cunctaque cunctorum cunctis archana patebunt. Quod enim nunc confiteri erubescimus, tunc omnibus manifestabitur. z quicquid hic dissimulando palpamus, totum illuc index flamma comburet. Ubi ignis ubique ferox ruptis regnabit habenis. quanto quoque deus diucius nos expectat ut emendemus, tanto districtius iudicabit si neglexerimus. Cur ergo tanto tempore vitam istam desideramus in qua quanto amplius vivimus, tanto plus peccamus. quanto enim vita longior tanto culpa in mundo fortior. cottidie namque crescunt mala z subtrahuntur bona. assidue variatur homo per prospera z adversa z ignorat quando moriatur. Sicut enim stella in celo choruscans velociter currit et repente deficit. z scintilla ignis subito extinguitur et in cinerem redigitur. Sic cito finita datur ista carnis vita. Dum enim libencius et iocundissime moratur homo in mundo, diuque victurum arbitratur, ac multa z longa tempora disponit agenda subito rapitur in mortem z ex temporis aufertur anima a corpore. Verupti cum magno metu magnisque doloribus separatur anima a corpore. Veniunt enim angeli assumunt eam ut perducant illam ante tribunal iudicis metuendi. Et tunc illa memorans opera sua mala z peccata que die noctuque gessit contremescit, z illa querit fugere inducias que petere dicens. Date in unius hore spacium. tunc circumloquencia simul ~~etiam~~ eius opera dicent. Tu nos egisti, opera tua sumus, non deseremus te. Sed tecum semper erimus, tecumque pergemus ad iudicium. vicia quoque multis et multiplicibus criminibus eam accusabunt, multaque contra illa testimonia adversus eam invenient quorum verba z ad dampnacionem eius satis possint sufficere. Demones vero terribili vultu et horribili aspectu eam terrebunt lugentem z ingenti furore eam persequentur et comprehendent eam tam terribiliter quam horribiliter. volentes retinere et possidere. non est qui eripiat. Tunc anima intuens oculos clausos z os aliosque corporis sensus per quos solebat egredi z delectari in hiis exterioribus revertentur ad se z videns se solam et nudam ingenti horrore cons-

in die iudi-
scela nra
pt

o i hac vita
ate Logam
e vite

Qualiter anima protrahatur a demonibus cruciata.

sam separacione desinet ipsa et cadet sub se et quia amore mundi et carnis voluptate dei amore deliquerat deliquet adeo miseria in hora tante necessitatis atque de mortibus tradetur in inferno cruciada. Sic anima peccatoris in die qua ignorat et hora qua nescit rapitur a morte, segregatur a corpore peccatisque miseriis plena tremens et dolens et cum nullum accusatorem habeat quam peccatis suis unde possit contabescit et pertimescit ante deum apparere. Ingenti horrore grauitatur et multitudo hostibus agitatur cum ingenti solucione carnis et sordidatis de medio omnibus se in illum tantum terminum consideat cum appropinquat et post paululum hoc invenit quod in perpetuum non potuit mutari. Consideat plane eciam iudex quam districtus veniat et cum severitatem tante iusticie quas raciones ponat vite sue. Si enim cuncta ipsa que intelligere potuit devitavit, peruptum coram districto iudice illa que magis in semetipsa non intelligit pertimescit. Crescit pavor cum cogitat quod in tota vite huius neque quam sine culpa transire potuit neque hoc quidem quod laudabiliter vixit sine aliquo reatu est si remota pietate iudicetur. Quis enim ipsum considerare valeat quanta mala per momenta temporis perpetravimus et quanta bona negligimus facere. Sicut enim peccatum est perpetrare mali sic delictum est desertio boni. Gravius quidem iactura est cum nec bona facimus nec bona cogitamus. Sed cor nostrum per vana et inutilia desinimus vagare. Nimis enim difficile est cor tenere et ab illicita cogitacione observare. Nimis eciam difficile est frenare occupaciones absque peccatis ministrare. Nullus namque propter negligenciam semetipsum diiudicare comprehendere potest quia multis cogitacionibus occupatus semetipsum alio aliquo magis incognitus ut omnino quod tollerat nesciat. Propterea vigente exitu subtiliori terretur metu quia et si illa que sciuntur numquam se commisisse meminit formidat tamen que nescit.

[illegible] anima
interioribus
vel nimium
occupatur

De dignitate anime

O anima insignita dei ymagine decorata similitudine desponsata fide dotata spiritu redempta sanguine deputata cum angelis capax beatitudinis heres bonitatis racionis particeps. Quid tibi cum carne unde ista pateris pro carne. Alia peccata tibi imputatur et tue iusticie qui parumque mesta te reputatur. Atque in ipsa ad nichilum es redacta et inanis reputata. Nichil aliud caro cum qua tibi est societas nisi spuma carnis facta fragili vestita decore. Sed erit quandoque cadauer miserum et putredo et cibus vermium. Ita quantumcumque colas semper caro est, si diligenter consideras quid per os et nares oculos et aures ceterosque corporis meatus egreditur vilius sterquilinium numquam vidisti, si sin-

Hic de di-
gnitat di[illegible]
corpore [illegible]

De vili[illegible]
carnis

gulas eius miserias enumerare velis, quamvis sit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiscentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus, prona semper in malum et ad omne vitium proclivis, plena confusione et ignominia in vecies propter carnem homo vanitati similis factus est quia ex illa concupiscentia vitium traxit quo captivus tenetur et inquinatur ut diligat vanitatem et iniquitatem operetur.

sit ignobilis: / homo a[illegible]dio / s utero.

Attende homo quid fuisti ante ortum et quid es ab ortu usque ad occasum et quid eris post hanc vitam. Profecto fuisti quod non es. Postea de vili materia factus et in vilissimo panno involutus menstruali sanguine in utero matris fuisti nutritus, tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus et ornatus venisti ad nos. Non memor es quam vilis sit origo tua. For sanior populi feruor invenies opes quas subripuit tibi. Nosce quid sit homo. Nichil aliud est homo quam sperma fetidum, saccus stercorum et cibus vermium. Post hominem vermis, post vermem fetor et horror. Et sic ad in non hominem ~~miseriam~~ vertitur omnis homo. Quid ergo superbis homo? Attende quid fuisti: vile semen et sanguinis coagulatus in utero. Deinde miseriis huius vite expositus et peccato. Postea vermis et cibus vermium futurus in tumulo. Quid superbis cinis et pulvis, cuius conceptus culpa, nasci miseria, vivere pena, mori angustia? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas et adornas, quam post paucos dies vermes devoraturi sunt in sepulchro? Animam vero tuam non ornas bonis operibus, que deo et angelis

litate / nta sit

eius presentanda est in celis. Certe animam tuam vilipendis et carnem preponis. Dominam ancillari et ancillam dominari magna est abusio. Totus siquidem iste mundus ad unius anime precium estimari non potest. Non enim pro toto mundo deus animam suam dare voluit, quam pro humana anima dedit. Sublime ergo est anime precium, que non nisi sanguine Christi redimi potuit. Anima ergo quam commutacionem dabit homo pro anima sua, quam pro nichilo dat illam? Unde dei filius cum esset in sinu patris a regalibus sedibus descendit propterea ut liberaret eam a potestate dyaboli, quam cum vidisset peccatorum funibus irretitam iam iamque demonibus tradendam ut morte perpetua dampnaretur, flevit super illam que flere nesciebat. Non solum flevit, sed eciam occidi se permisit, ut precioso sanguinis sui precio eam redimeret.

De cura carnis / et de negligencia / anime

Aspice mortalis, pro te datur hostia talis.

Agnosce homo quam nobilis est anima tua et quam grandia fuerint eius vulnera, pro quibus necesse fuit Christum dominum vulnerari. Si non esset hoc ad mortem et mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli ergo vilipendere anime tue passionem, cui a tanta maiestate tantam vides exhiberi compassionem. Fudit ipse lacrimas pro te, lava et tu per singulas noctes lectum tui cordis compunctione et lacrimarum assiduitate. Effudit ipse sanguinem suum, funde et tu tuum in cottidiana corporis afflictione. Quod si semel pro Christo ponere non potes, saltem minori quodam sed longiori pone martirio. Noli attende

2

Quam grandia fuerint / peccati vulnera quod / Christus fudit lacrimi

+ Unde superbit homo cuius conceptio culpa
Nasci pena labor vita necesse mori

nō

quid cad velit ſpud pus·
poſtit Tūc eni gloſg eit
cu ad deu ſuu redierit
Ita tu ſi ex corpe ſcou mūdu
mū tulerit z detrapeit
oīme ſordidu Si ueo dico
durg ā hic ſmo no poſſu
mūdu ſperne z carnem
meā odio hre Dic m vbi
ſut amatores mūdi qui an
pauca tpa nobiſcu erant
nichil ex eis remaſit nn ci-
nes et vermes Attende di-
ligent quid ſint et q fuert
hoies fuerut ſic tu / gmede-
rut biberut riſerut duxe-
rut in bonis dies ſuos et
i puncto ad iſerna deſcedert
hic caro eorp vmibg deuo-
rat z illic aia ignibg de-
puta dont rurſg infelici
collegio colligati ſepitinis
ivoluat icendys qui ſocij
fuerut i vicijs vna naqz pe-
na iplicat quos vng cor-
rime ligat Hz ūd pſuit
illis iaīs gla breuis leti-
cia mūdi poteria carnis
voluptas ſle diuie magna
familia z mala gcupiā ſ-
hiſg vbi iocg vbi iactatia
vbi arrogācia Detāta le-
ticia quāta triſticia pg ta-
ta voluptate tā gūis mi-
ſeria De illa exultacione
ceciderut i gnde ruina·
z magna tormta Et quod
illis accidit et tibi accide
pt / qz ho es ho de humo
limi q de limo de tra es z
de tra viuis z intra vuer-
teris qn veniet dies ultia
q ſbito venit et forſita ho-
die eſt Certu ē qd mori-
eris ſz icertu qn a quo aut
vbi qn vbiqz te mors ex-
pectat· tu qz ſi ſapies fuers

Qmby de cauſ mūd
ſpnēd debeg

Q nō dies mortis
ē timeda·

vbiqz ea expectab Si car-
ne ſequeris punieris i carne
ſi i carne delectris cruciabe-
ris i carne Si curioſas veſ-
tes requirs pg ornatu veſti-
u ſubter te ſterne tynea z
opimetu tuu erut vmes
Juſticia eni dei aliud indica-
re no pt nn qz ment opa
tua Tam eni plg diligit
mūdu / q deu ſeclm q clau-
ſtru gula q abſtinecia luxu-
ria q caſtitate ſeqt dya-
bolu z ibit cu eo i ſupplicu
etnu / quis putas ſuc meror
alt quis luctg q triſtia / cu
ſepabut impy a conſorcio ſco-
ru et a viſioe dei / z traditi
i ptatem demonu ibut cu-
ipis i igne etnu ibiqz ſemp
erut ſine fine i luctu z ge-
mitu heul quippe expulati
a bta padiſi pria Cruci-
abut in gehena pmetua nu-
q luce viſuri nuq refrige-
riu adeptu ſz pmilia mi-
lia anoꝝ i inferno crucia-
di nc inde vnqz liberadi vbi
nec qui torquet aly fatigār
nec qui torquet aliqn morit
Sic eni ignis ibi gſuit vt
ꝓ conſuet, ſic tormta agūr
ut ſe renouet Juxs uēo qua-
litate culpe pena ſuſtīebit
vngquiſqz i gehena z ples
culpe tei pnis plibg ingetr
cruciadi Nil aliud ſ audi-
etr nn fletg z placg gemitg
z vlulatg mērores atz ſtrido-
res dentiu Nichilqz videbitr
ibi nn vermes et laruales
facies tortoꝝ atz tetrrima
moſtra demonioꝝ Omnes
crudeles mordebt itima
cordis · Hic dolor inde pa-
nor gemitg ſtupor z timor·

Qūtg me-
cit vpbos
i die iudic

Qūbg pe-
rpbi cru-
but

ibi

horror. Ardebuntque miseri in eternum et ultra in igne eterno. In carne cruciabuntur per ignem, in spiritu per conscientie vermem. Ibi erit dolor intollerabilis, fetor incomparabilis, timor horribilis, mors corporis et anime sine spe venie et misericordie. Sic tamen morientur et semper vivent et sic vivent et semper morientur. Sic ergo anima in inferno pro peccatis cruciatur aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc autem alterum ex duobus eligamus: aut semper cruciari cum impiis aut perpetualiter locari cum sanctis. Bonum siquidem et malum, mors et vita ante nos sunt posita ut ad quod volumus [sive ad bonum sive ad malum] manum extendamus. Si tormenta non terrent nos, saltem invitent nos premia.

Qualiter anima sancta letificabitur in futuro

Premium est videre deum, vivere cum deo, vivere de deo, esse in deo qui erit omnia in omnibus, habere deum qui est summum bonum. Et ubi est summum bonum ibi est tota felicitas, summa iocunditas, vera libertas, perfecta caritas, eterna securitas et secura eternitas. Ibi est vera leticia, plena scientia, omnis pulchritudo et omnis beatitudo. Ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas, gaudium, leticie dulcedo, vita perhennis, gloria, laus, requies, amor et concordia dulcis. Sic ergo beatus erit in cuius conscientia peccatum inventum non fuit. Videbit deum ad voluntatem, fruetur ad iocunditatem, habebit ad voluptatem. In eternitate dei vigebit et veritate fulgebit et bonitate gaudebit. Sic habebit permanendi eternitatem, sic cognoscendi felicitatem [requiescendi facilitatem]. Civis siquidem illius erit sancta trinitas, cuius angeli sunt cives, deus pater templum, filius eius splendor, spiritus sanctus caritas. Civitas celestis mansio secura, patria totum continens quod delectat, populus sine murmuracione, incole quieti, homines nullam habentes indigentiam. O quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Sicut letancium omnium habitatio est in te. Omnibus leta in leticia et exultatione. Nos delectamur de deo in deo, cuius aspectus pius, facies decora, eloquium dulce. Delectabilis est ad videndum, suavis ad habendum, dulcis ad perfruendum. Ipse per se placet, propter se sufficit ad meritum, sufficit ad premium. Nec extra illum aliquid queritur et propter se, quia totum in illo invenitur quod quis desiderat. Et semper libere illum aspicere, semper habere, semper in illo delectari et illo perfrui. In illo clarificatur intellectus et glorificatur [purificatur] affectus ad cognoscendam et diligendam veritatem. Et hoc est totum bonum hominis: nosse scilicet et amare creatorem suum. Quid ergo nos angit vesania vitiorum sustinere absinthium huius mundi, sed qui naufragium vite labentis pati infortunium impie tyrannidis. Fratres domini, et non magis convolare ad sanctorum felicitatem, ad angelorum societatem, ad sollempnitatem superne leticie et ad iocunditatem contemplative vite, ut possimus intueri potentias dei et videre superhabundantes divitias illius bonitatis eius. Ubi vacabimus et videbimus quam dulcis est dominus et quam magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriam, decorem sanctorum, splendorem et regie potestatis honorem. Cognoscemus

Qualiter anima sancta letificabitur in futuro

patris potentiam filii sapientiam
spiritus sancti benignissimam
clementiam et ita habemus no-
ticiam illius summe trinitatis.
Nunc corpora per corpus videmus
ymaginem etiam spiritu eminus
corporum. Tunc nec ipsam
veritatem prius mentis intuitu
videbimus. Quod beata visio vi-
debit deum in seipso videre in no-
bis et nos in ipso felici io-
cunditate et iocunda felicitate
quicquid desiderabimus totum ha-
bebimus. Nichil amplius deside-
rabimus et quicquid videbimus ama-
bimus in ipso amore beati. Beati
dulcedinis amoris suavi-
tate et contemplacionis. Hic est
summa felicitas illius qui in-
telligetur in suo prius esse sin-
cera divinitatis. Comprehende-
mus incomprehensibilem trinitas pa-
tebunt archana divinitatis
videbitur et amabitur deus et
hec visio et dilectio totum ho-
minis implens et satians tota
est illius beatitudinis consumatio.
Una est omnium lingua iubi-
lacio indefessa, unus omnium
amor eternus permanebit. Veri-
tas implebit caritas et est
integra corporis et anime so-
cietas. Fulgebit sicut sol
humanitas glorificata quia et
est concors carnis et spiritus
sanitas angelorum et hominum
commune est gaudium, unum col-
loquium, unum convivium. Non
languebit amor non lassescet
dilectio presentibus bonis omnibus
nulla est dilectionis affectio
quam beatificata divine maies-
tatis presencia omnibus est omnia.
Et est quasi omnium omnipotentia
sapientia pax et iusticia et in-
telligentia. Ideo est in illa
pace diversitas linguarum. Sed

pacifica et concors concordia mo-
rum et affectuum. Incorrupte illius
voluptatis nichil ultra appe-
tit cumulata societas tanta
sit felicitas. Ibi procedere erit
cumulus felicitatis supereminens
gloria superhabundans leticia. Sed
ad hec quis ydoneus? profecto
verus penitens, bonus obediens,
fidelis famulus, amabilis socius. Verus
penitens semper est in labore et do-
lore. Dolet de preteritis labo-
rat de futuris cavendis vel da-
requid penitentia est sibi intimissi
omnibus tempore de peccatis dolere. Sit
plangit commissa ne committat
plangenda. Irrisor namque est
et non verus penitens qui adhuc
agit quod peniteat. Si ergo vis ve-
rus penitens esse cessa a peccato
et noli amplius peccare quam ia-
nis pena qua sequens com-
mittat culpa. Verus obediens
dat suum velle et suum nolle
ut possit dicere Paratum cor meum
deus paratum cor meum preceptum
ad omnia precepis facere. Paratum
ad nutum nutu cuius obediencie
paratum tibi valde proximus mi-
nistrare me ipsum custodire
et celestium contemplacione requi-
escere. Amabilis socius omnibus est
et nulli onerosus omnibus
officiosus quia devotus ad deum
officiosus, benignus ad proximum, sobrius
ad mundum divisus ~~[illegible]~~ ^ proximi
rius mundi dux superiora sed
ad gaudendum equalia ad con-
sorcium. Inferiora ad fruitum
nulli est onerosus sed inferiora re-
digit ad utilitatem mediorum
et ad honorem superiorum. Infe-
riora trahens superiora sequens
ab illis possessus ista ita ut pos-
sidens fidelis socius in conte-
placione dei et custodia sui.

De vera penitentia

De vera obedientia

Vt cantore possit apli voluntate

Custodie ergo tue pro viribus adhibe omnem diligentiam. Deinde intelligens numquam posse sufficere ad te custodiendum, cum industria divinam implora clementiam. Itaque ad contemplandam intra te creatoris tui voluntatem bonam et beneplacentem atque perfectam, angelicam exora tutelam, proximam quoque omnium cum Christo regnantium super te roga currere per singulos supplicia singulis et sic omnibus clama et dic: Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, recipite fugitivum vestrum sed fraterculum sed consanguineum in sanguine redemptoris. En pauper stat ad ostium, pulsat et clamat: aperite pulsanti et conducite usque ad regem, ut prostratus coram eo indicem ei omnes miserias et necessitates quas patior. Extremum vero proposito tuo cor tuum cum omni progenie reconsigna. Nullum te remaneat peccatum quod non pura confessione deleatur. Jhesum Christum etiam super cor tuum sicut signaculum pone. Iste enim propius cordis ostium custodit et est cordis hostiarius, et per illum ingrediatur et egrediatur universe familie cordis conceptus. Adsunt milia milium angelorum ad fores exteriorum sensuum excubancium. Arcet autem alienigena rupe terribiles illas acies propter hostiarii reverentiam et angelorum custodiam. Integritatis tue curiosus explorator vitam tuam cottidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficis vel quantum deficis, et qualis sis in affectibus, quam similis sis deo et quam dissimilis, quam prope et quam longe, non locorum intervallis sed morum affectibus.

hostiarius

reverentia

De cognitione sui

Stude cognoscere te, quia multo melior et laudabilior es, si te cognoscis, quam si te neglecto cognosceres cursus siderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium et haberes omnium terrestrium et celestium scienciam. Redde ergo te tibi, et si non semper, vel sepe saltem interdum. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige excessus, nichil in te remaneat indisciplinatum. Pone omnes transgressiones tuas ante oculos tuos, statue te ante te tamquam alium et sic temetipsum plange. Plora iniquitates et peccata quibus deum offendisti. Indica ei miserias tuas, ostende malicias adversariorum tuorum. Cumque coram eo in lacrimis macerabis, deprecor te ut memor sis mei.

Quantum valeat oratio cum lacrimis

Ego enim ex quo cognovi te in Christo diligo te, et illic mansionem tui desidero ubi illicita cogitatio supplicium et honesta promeretur premium. Ad altare namque domini cum peccator sto sed sacerdos, tua me comitatur memoria. Tu vero mihi vice reddes, si me amicis et ordinum tuorum participem me feceris, ibi recordatione tecum pro nobis esse desidero, ubi pro te et familiaribus tuis devotas preces coram deo fundis. Non mireris si dixi pro nobis, quia si me ut te amas, quia ymago dei sum, ita pro nobis tibi sit ut tu ipse tibi. Quod enim tu es substancialiter, hoc ego sum. Ymago namque dei est omnis anima racionalis [illegible] cum se ymaginem dei quesierit tam propriam quam se quesierit et qui illam in se querendo invenit in omni homine eandem cognoscit. Visio vero anime intellectus est. Si vero te vides me vides quia nichil aliud sum quam tu et si diligis deum, me ymaginem dei diligis, et ego diligendo deum te diligo et ita dum unum sumus ad unum tendimus per nobis invicem presentes sumus in deo in quo nos diligimus

De oratione devota

Cum ad orandum sive ad psallendum intraveris ecclesiam, fluctuantium cogitationum tumultum exterius derelinque, exteriorum omnium penitus obliviscere ut soli deo possis vacare. Fieri enim non potest ut cum deo loquaris qui etiam aliquem cum toto mundo tacens fabularis. Intende ergo illi qui intendit tibi ut ipse exaudiat te loquentem sibi. Ita fiet si divinis laudibus solvendis debita reverentia et sollicitudine assistas et singula verba divine scripture diligenter intendas. Nec quod ego facio ista dico sed quod facere vellem et non fecisse penitet et non facere piget, tu vero cui maior gratia concessa est votis et devotis precibus pias aures domini flecte ad te lacrimis et suspiriis pro tuis excessibus illum clementer exora atque canticis spiritualibus in omnibus operibus tuis illum lauda et glorifica. Nichil enim magis supernis civibus spectare libet, nil ipsi summo suo conditori undique exhiberi, sicut ipse testatur: Sacrificium laudis honorificabit me. O quam felix esses si spiritualibus oculis semel intueri posses, quomodo preveniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum. Vides procul dubio qua ~~[illegible]~~ cura nexuo tripudio intersunt precantantibus, assistunt orantibus, assunt meditantibus, supersunt quiescentibus, providentibus atque procurantibus presunt. Diligunt siquidem cives superne potestates et plus quam hereditatem capiunt salutis sollicitudine gaudent, confortant, instruunt, protegunt, provident, quoniam omnibus hominibus ipsi enim desiderant adventum nostrum quia de nobis expectat civitas sue ruinas restaurari. Diligenter custodiunt et libenter audiunt bona de nobis sollicite discurrunt medii inter nos et deum nostros gemitus fidelissime ad eum portantes non dedignabuntur eos socios nostri quia facti sunt ministri nostri. Exultare eos facimus quotiens ad penitentiam quis suis festinemus ergo de nobis eorum leticiam adimplere. Ne tibi quicumque es desideras ad vomitum reverti, redire ad lutum, putasne habebis placitos in iudicio quos tanto et tam spectato privari vis gaudio. Exultaverunt cum veneris ad celestiorem tamquam super hiis quos ab ipsa inferni porta cernerent revocatos. Timemus vero tunc

Quod angeli nobis psallentibus et orantibus assistant et orationes nostras ad deum reportant

Angeli letantur quando ad penitentiam redimus eat si ab ipa paradisi ianua viderit redire et retrorsum abire eos qui iam habent pedem alterum in celo. Nam si corpora miseris et corda sursum. Curramus ergo non passibus sed affectibus sed suspiriis sed desideriis quia nos soli angeli sed angelorum conditor nos expectat. Expectat nos deus pater tamquam filios et heredes ut constituat super omnia bona sua. Expectat nos dei filius tamquam fratres et coheredes ut fructum sue nativitatis et precium sanguinis sui deo patri offerat. Expectat spiritus sanctus et ipse siquidem est caritas et benignitas in qua ab eterno predestinati sumus. Nec dubium quin predestinacionem suam adimplere voluit. Ergo quia tota celestis curia expectat et desiderat desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna namque confusione et rubore ad illam veniret quisquis eam videre vehementer non desideraret. Vere quis nunc et magis oratione et assidua cogitatione in illa conversatur et securius hinc egredietur et cum magna suscipietur leticia in eam. Ubicumque ergo fueris intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio noli locum querere quia tu ipse locus es et dei templum. Si fueris in lecto aut alio loco ora et ibi est templum. Ubi frequenter orandum et flexo corpore mens est erigenda ad deum. Sicut enim nullum est momentum quo homo non utatur vel fruatur dei bonitate et misericordia, sic nullum debet esse momentum quo eum presentem non habeat in memoria. Sed dicis ego cottidie oro et orationibus meis nullum fructum video. Sed sic ad illam accedo sic recedo nec mihi respondet nec loquitur nec quippiam donat sed incassum laborare videor. Sic loquitur humana stulticia non attendens quod inde veritas promittit dicens Amen dico vobis quecumque orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Noli ergo vilipendere orationem tuam quia ille ad quem oras non vilipendit eam. Sed antequam egrediatur de ore tuo ipse scribi eam iubet in libro suo. Et primum e duobus indubitanter sperare debemus quia aut dabit nobis quod petimus aut quod videlicet nobis utilius esse amplius. Cogita itaque de deo quicquid potes melius et de te quod deterius vales. De te non et illo credere debes amplius quam cogitare non potes. Omne tempus in quo de deo non cogitas hoc te cogita perdidisse. Omnis siquidem res aliena est a nobis tempus tamen meum est. Vaca ergo ubicumque fueris ibi tuus esto et noli te rebus tradere. Sed quemadmodum quocumque loco consistis cogitationes tuas tracta et aliquid salutare in corde tuo versa. Omnis siquidem locus ad meditandum est congruus. Tota ergo facultate animum colliges liberum habita et in latitudine cordis tui deambulans ibidem cenaculum grande stratum Christo exhibe. Vivens namque sapienter spiritualiter est apud deum. Illum ante oculos habere debemus per quem sumus vivimus et sapimus ipsum namque ut esse habemus auctorem ipsum etiam ut sapientes simus debemus habere doctorem

…a re:
…nt expe
…um

Est
in solu.

absonde
assu la-
ploi

Qualiter debet esse nostra cogitacio

Christum debemus deum habere ante oculos nostros.

Et ut beati simus eterne sanitatis largitorem et in hoc ymaginem eius habere illius summe trinitatis in nobis cognoscimus. Ita sicut ille est et sapiens est et bonus est, sic et nos pro modulo nostro. Et sicut et nos esse scimus et id esse et nosse diligimus. Orna igitur teipsum velut dei templum. Et id quod intus est placeat deo. Honor siquidem suus est deo illum venerari et imitari. Imitaris si pius es. Templum enim sanctum mens pia deo et altare optimum cor eius. Veneraris si misericors es. Et hostia siquidem acceptabilis est deo benefacere omnibus. Prodes fac omnia sicut filius dei ut dignus sis eo qui te dignatus est filium vocare. In omnibus hiis que agis deum esse presentem cognosce. Cave ergo ne in eo quod male delectat vel visio tua vel cogitatio tua demoretur. Non dicas neque facias quod non licet etiam si libet. Verear aliquo facto aut signo deum offendas, qui ubique presens cernit que que facis. Magna custodia tibi necessaria est quia ante oculos iudicis omnia agis cuncta cernentis. Cum illo tamen esse potes securus. Si talem te preparaveris ut tecum adesse dignetur. Si tecum non est propter peccata tua adest pro vindicta. Certe ve tibi si ita tecum est, ymmo ve tibi si ita tecum non est. Illi namque irascitur deus quem peccantem non flagellat. Illum quem flagellando non emendat in futuro dampnat.

Sic ipse omnibus misericors est

Qualiter dyabolus mundus et caro et mors insidiantur nobis

Certum est quia mors ubique tibi imminet. Dyabolus insidiatur ut rapiat animam tuam. Cum non egreditur de corpore tuo, noli timere quia deus qui intus habitat, si tamen habitat, eripiet te et a morte et a demone. Fidelis enim socius est et non deserit sperantes in se nisi prius ipse deseratur. Deserit namque cum cor per vanas cogitationes et inutiles et vagas distrahitur. Idcirco omni sollicitudine et custodia illud custodire et tenere debes ut in illo deus requiescere possit. In omni namque creatura que solet esse vanitatibus mundanis occupata nichil humano corde sublimius, nichil nobilius, nichil quod deo similius reperitur. Quapropter nil aliud querit a te nisi cor tuum. Mundabis ergo id per puram confessionem et assiduam orationem ut mundo corde deum videre possis. Per continuam dei circumspeccionem in omni loco esto ei et subiectus et intentus. Compone et mores tuos ut sis interne placatus. Dilige omnes homines et omnibus te amabilem exhibe ut sis pacificus et dei filius. Esto eis bonus moribus, sis humilis et verus et tu tales facies membra mei. Ve michi quia ista dico et ista non facio, et si aliqua facio non dum perfecte. Ista habeo in memoria et non habeo in vita, habeo in sermonibus et non in moribus. Lego in corde et ore meo tota die rumino et quia legi ago. Lego in eo de religione et plus diligo lectionem quam orationem. Verumptamen nil aliud

Nota oro
de ppom
lcoini

Qualiter dyabolus mundus et caro et mors insidiantur nobis doctrina mea bona divina scriptura non religiosorum amare, veritatem studere caritatem scire. Ego autem miser et miserabilis circa cetera ad lectionem quam ad orationem libentius volo legere quam missas auscultare. Expectat me aliquis volens de veritate sua mihi loqui. Ego neque librum aliquem accipio quem ille vellet legere, lego in eo et legendo caritatis amitto fervorem, pietatis affectum, compunctionis fletus, missarum utilitatem, celestium contemplationem. Nil tamen in hac vita suaviter dulciusque, nichil avidius sumitur. Nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animum contra temptationes roborat, nil ita hominem excitat et adiuvat ad omne opus et ad omnem laborem.

¶ Item de eadem re orationis et psalmodie in ecclesia exponentes

Miserere mei deus quia ibi plus pecco ubi peccata mea emendare debeo. In monasterio namque sepe dum oro non attendo quod dico, ore quidem oro sed mente quidem foras vagante orationis fructum perdo. Corpore sum interius et corde exterius. Et ideo perdo quod dico. Psalmus non prodest sola voce cantatus sine cordis intentione. Preterea magna presumptio, immo magna insania, quia cum domino maiestatis loqui in corde presumimus et insensati aure audimus et ad nescio quas ineptias convertimur. Magna quoque insania et omnino indecens cum vilissimus pulvis loquentem ad se audire dedignatur creatorem universitatis, ineffabilis vero cum divine dignatio bonitatis que cottidie respicit nos infelices, aures claudentes, obturates corda, et nichilominus clamat ad nos dicens: Redite prevaricatores ad cor, vacate et videte quoniam suavis est dominus. Loquitur mihi deus in psalmo et ego illi, nec tamen cum psalmum dico attendo cuius psalmus sit. Ideo magnam iniuriam deo facio cum illum precor ut meam precem exaudiat quam ego qui fundo non audio. Deprecor ut mihi intendat ille, ego vero nec mihi nec illi intendo. Sed quod deterius est, immunda et inutilia in corde volvendo fetorem horribilem eius aspectibus ingero.

¶ Quanta mala provenit de inconstantia cordis vagi

Nichil in me corde meo fugacius, quod quotiens me deserendo per pravas cogitationes defluit, totiens deum offendit. Cor meum cor vanum vagum et instabile, cum suo ducitur arbitrio et divino caret consilio. In se ipso non potest consistere, sed omni mobili mobilius per infinita distrahitur, et hac illacque per innumera discurrit, et dum per diversa requiem querit non invenit, sed in labore miserum ac requie vacuum manet. Sibi non concordat, a se dissonat, a se resilit, voluntates alterat, consilia mutat. Edificat nova, destruit vetera, destructa edificat eadem quoque iterum atque iterum aliis et alio modo mutat et ordinat, quod vult et non vult, et numquam in eodem statu permanet. Sic enim molendinum velociter volvitur et nichil respuit, sed quicquid imponitur molit. Si autem

De occupacione cordis vani in mundo

michil apponitur se ipsum consumit. Sic cor meum semper est in motu et numquam requiescit. Quia sive dormiam sive vigilem sompniat et cogitat quicquid illi occurrit. Et sic molendinum arena si imponatur exterminat, pix inquinat, palea occupat. Sic cor meum mala cogitacio turbat, inmunda maculat, vana inquietat et fatigat. Ita cor meum dum futura non curat gaudium nec divinum querit auxilium, ab amore celestium elongatur et in amore terrestrium occupatur. Nunc zelabitur illis et involvitur in istis, vanitas id recipit, curiositas deducit et cupiditas allicit, voluptas seducit, polluit luxuria, torquet invidia, turbat iracundia, cruciat tristicia. Sic miseris casibus subiungitur diversis viciis, quia unum Deum qui ei sufficere poterat dimisit. Per multa dispergitur, huc illuc querit ubi quiescere possit et nichil invenit quod ei sufficiat donec ad ipsum redeat. A cogitacione in cogitacionem deducitur et per varias affecciones variatur, ut saltem varietate ipsarum rerum impleatur, quod quarum qualitate saciari non potest. Sic labitur corde misero subtracta divina gracia. Nunc ad se redit et disentit quod cogitavit, nichil recepit quia non opus fuit sed cogitacio que composuit multa de nichilo. Sic denique decipit ymaginacio quam demonum format illusio.

Imperat michi Deus ut prebeam illi cor meum, et quia imperanti Deo non sum obediens et subditus sed sum rebellis et contrarius, unde subiugare me non potero donec illi fuero subiectus, nisi quod serviam nolens qui servire nolo volens. Quando plurima machinatur cor meum uno momento quam omnes homines perficere possent uno anno. Cum Deo non sum unitus et ideo in me ipso sum divisus. Cum illo neque uniri non possum nec per caritatem nec subici nec per humilitatem nec vere humilis esse nec per veritatem. Expedit ergo ut in veritate me discuciam et cognoscam quam vilis quam fragilis et quam labilis sum. Deinde cum omnes miserias meas cognovero necesse est ut illi me humiliem per quem sum, sine quo michil sum et michil possum. Et quia a Deo peccando recessi nisi per veram confessionem ad Deum redire non possum, fateri ergo oportet quod fatendum est quia numquam eo modo aut ea intencione qua peccavi peccata confessus sum, nec omnium recordatus sum aut propter vetustatem aut propter multitudinem. Et ne aut confessus sum non pure sum confessus, propter turpitudinem confessionem meam divisi ut diversis sacerdotibus divisa manifestarem et ita carui venia ad quam per partes putavi pervenire. Precavenda namque fictio est primum dimittenda et sufficienter radicitus nec intrinsecus eradicanda. Non enim est utilis confessio nisi sit in oris veritate et cordis puritate et ut tres sūt qui testīomū nobis dicāt ī celo p̄r et filiꝰ et sp̄us scꝰ. Addamꝰ tres sacerdotes cordis et oris ⁊ op̄is vt ī ore duoꝝ ul triū stet omē v̄bū. Sꝫ dicis sufficit m̄ soli deo cōfiteri. q̄z sacerdos sū eo aptiꝰ me soluere nō p̄t. Ad qđ nō ego sꝫ b̄tꝰ Jacobꝰ r̄ndit dicens Confitemini alterutꝛ p̄ccā vr̄a. Couenientes naqꝫ valde ē ut nos qui p̄ccando deo ꝯtrariātes sumꝰ penitēdo supplices sacerdotibꝰ et ministris eiꝰ sistamꝰ ut qui ad dei grām recōciliāda mediatore nō eguit iā eā corruptā nō n̄ p̄ mediatore hoīez possit. Remeat ergo et suspiret ⁊ amplius nō p̄ p̄ccō timeat et expanescat. Sollicitꝰ distrahat ꝯciliatores et intercessores grat p̄stinat se humiliter hoī qui astat humili nō luit creator. Ita et hoc salubrimū ē ut corde peniteat et ore delictū suū ꝯfiteatur. q̄a deꝰ qui plus adest p grām cor ad penitentiā ꝯpungit demū assistit ut ꝯfitenti veniā tribuat. Sed si forte prior vē peniteat sꝫ inueniente articulo necessitatis ad ꝯfessorē puenire nō possit ꝯfidenter credendū q̄m summꝰ sacerdos cōplet in eo qđ mortal nō potuit adimplere q̄z ꝯfessorē nō ꝯteptꝰ exclusit sꝫ impediuit necessitatis articulꝰ.

Decimo dz religiosus culpas suas nō excusando p̄clamare

In capitulo vbi p̄ccā mea emendare debui, p̄ccātis p̄ccā addidi, cū de illis clamatus aut aliquomō excusaui aut ex toto negaui aut qđ deteriꝰ est defendi et ī pariete defendi. Cū nullū sit quo nō sim aliquomō ꝯtaminatꝰ aut ꝯtaminari possim in scđo ē ut remota om̄i occasiōe emendatoꝝ p̄mitta vindictā aut d̄ quocūqꝫ clamore quatinus sic liberari valeā ul a p̄ccato p̄petrato ul p̄petrādo. Multitudinē iniquitatū mearū expauescens aliorū transgressiones reprehendere timui. Et ideo mortꝰ actor extiti q̄z virꝰ qđ clamādo expelle potui nō expuli. Indignatꝰ sū ꝯtra alios qui me de vitijs meis r̄phendebat et qđ amare debui odiui. Illa que mihi nocebat ul displicebat deꝑdedui vt nō esset. Credebā tm̄ q̄ ī natura sua bona erant ⁊ a bono creatore facta, ⁊ ideo mihi nocebat q̄z ego malꝰ erā et male eis vtebar. Nichil em̄ mihi ꝯtrariū ē nisi ego ipse, meū ē q̄d q̄ mihi nocere p̄t et ipse mihi sarcina sum. Putaui ut deꝰ p̄ccā mea nesciret, aut et punire nollet aut nō posset ⁊ ita volui deū esse insipientē iniustū et impotentē quod si esset deꝰ nō esset. Vere ē superbia sup superbia mea p̄cedens longe a salute mea v̄ba delictoꝝ meoꝝ. Superbia siquidē a deo superbia nec fieri p̄t, vt cū ipso in grām reuertatur. Dimisit vtrūqꝫ sunt hospiciū nec in eadē cohabitat aīam. Cumqꝫ nō licuit cohabitare ī celo, ī celo nata ē sꝫ valde timendꝫ:

vie qua cecidit illuc postea redire non potuit. Cum aut pluvia vel nimio frigore aut calore turbatus fui contra deum utique murmuravi. Omnia namque que ad usum vite accepimus ad usum culpe convertimus. Et iusta propter iniusticiam ut qui in cunctis peccamus in cunctis feriamur. Sepe ad sacrum misterium vocem meam fregi, ut dulcius cantarem, magis delectabar in vocis modulatione quam in cordis compunctione. Hec quoque non cuiquam abscondi quia per illicitum perpetratur, non querit vocis lenitatem sed cordis puritatem. Ita dum cantor multis populis vocibus, irritat deum pravis vocibus moribus, licentiam loquendi vel aliquid faciendi sepe nimia importunitate vel calliditate a prelatis meis extorsi. Non attendens quam ille se decipit qui aperte vel occulte satagit, ut hoc prelatus spiritualis iniungat quod ipse desiderat. Acum vel cultellum vel aliquid vile, multotiens nimium desideravi nec confessus sum, quia peccatum non existimabam propter rei vilitatem. Veruntamen non multum distat quamvis res vilis vel preciosa requiratur dum equaliter sit corruptus effectus. Non enim cultellus vicium est sed cultelli appetitus, nec aurum vicium est sed cupiditas auri. In labore non laboravi quantum debui et quantum potui. In silencio acc fui ociosus quod est maius peccatum. In silencio namque sic nemo debet esse ociosus ut in eodem ocio utilitatem non cogitet proximi. Nec sic actuosus ut contemplationem non requirat dei. Proinde non proficit qui alteri cum potest non prodest. De viciis que tamen putabas esse insignes virtutes ubi erat lapsus timuisti. De virtutibus autem vicia feci. Iusticia namque dum suum modum excedit, crudelitatis vicium gignit, et nimia pietas dissolutorum discipline perimit. Sic sepe vicium quod virtus putatur. Sic remissa segnities mansuetudo creditur, et pigricie vicium quietis virtute imitatur. Finxi me esse quod non eram, dixi me velle quod nolebam. Aliud ore dicebam aliud corde volebam, et ita sub ovina pelle vulpinam astuciam abscondebam. Vulpina astucia plane astucia est tepida gustatio, crudelis cogitatio, ficta confessio, brevis et rara compunctio. Obediencia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine intentione. Quam dura sunt ista que loquor quam incipiam loquendo vereor serio. Veruntamen quia me peccatorem non nego sed peccatum meum cognosco, erit fortasse apud deum pium indicium ipsa cognitio culpe. Dicam ergo nunc dicam miseriam meam si forte sua magna pietas moveat illum. Dicam peccatum meum quoniam notitia peccati initium est salutis. Magnam porto coronam et vestem rotundam, regulam servo, ieiuniorum statutis psallo horis

Et in domo dei peccavi murmurando

Et periculosum est delectari in modulatione vocis.

De silencio.

Et iusti
in corrig
non debet esse
crudelis
nimis remi

De vulp
astucia et fi

Et pen
tencia
venie

De co

Et nec
dat ipsum
religion

Et cor meum longe est a deo meo. Exteriore supplicium intuens salva mente dicam arbitror, non sentiens vermem interiorem qui interiora cordis rodit. Comederunt enim alieni robur meum et ignoravi et ideo totus pergens in ea que foris sunt et ignarus interiorum meorum sicut aqua effusus sum et ad nichilum redactus, preteritorum oblivisces presencium negliges futura non provides. Ingratus sum ad beneficia pronus ad mala et tardus ad bona. Si me non inspicio nescio meipsum. Si autem me inspicio tollerare meipsum non possum. Tanta invenio in meipso que digna sunt reprehensione et confusione. Et quanto sepius et subtilius me discucio, tanto plures abhominaciones in angulo cordis mei invenio. Ex quo namque peccare cepi numquam unum diem sine peccato transire potui nec adhuc peccare cesso. Et de die in diem peccatis peccata addo. Et quod periculis heu non gemo. Erubescenda video nec erubesco. Dolenda intueor nec doleo quod est mortis indicium et dampnacionis. Membrum enim quod non sentit dolorem mortuum est et morbus insensibilis est incurabilis. Levis sum et dissolutus nec me corrigo sed ad peccata que confessus sum cottidie redeo. Non timeo foveam in qua ego cecidi vel alium cadere vidi. Nunc plorare et orare debere pro malis que feci et bonis que faciendo neglexi, in proh dolor usus est michi in contrarium. Ita tepui et frigui a fervore oracionis et iam sine sensu frigidus remansi, et ideo flere meipsum non possum quia lacrimarum gracia recessit a me.

Quod consciencia mea non possit celare peccata

Peccata mea celare non possum. Ubicumque enim vado consciencia mea id meum portat secum quicquid in ea posui sive bonum sive malum. Servat vivo restituat defuncto. Depositum quod servandum accepi. Si male facio adest illa. Si autem benefacere videor et inde extollor adest illa. Adest vivo sequitur mortuum. Ubique gloria vel confusio inseparabilis pro qualitate depositi. Sic in domo ipsa et ipsa familia habeo accusatores iudices et doctores. Accusat me consciencia, testis est memoria, racio iudex, voluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. Quot namque fuerint oblectamenta mala tot erunt tormenta. Ita puniunt unde delectant.

De tribus inimicis caro mundus et dyabolus

Adiuva me domine deus meus quia inimici mei animam meam circumdederunt corpus scilicet mundus et dyabolus. Corpus fugere non possum nec fugare, circumferre id necesse est quia alligatum est michi. Perimere non licet, sustentare

Quod consciencia non possit celare peccata.

cogor. Quid impinguo hostem
meum, adversum me nutrio?
Caro enim satis comedens et
illud robustum fiat, sani-
tas eius mihi adversatur. Quin-
que nos circumvenerunt me
et obsederunt undique et per
quinque portas videlicet cor-
poris sensus sagittis suis me
vulnerant, et mors in-
trat per fenestras meas.
Rapit visus, et sermo per-
vertit auris et interiora
cordis inflectit. Odoratus
cogitationes impedit, os lo-
quitur et fallit. Ardor li-
bidinis per aliquam parvam occasi-
one excitatur et nisi illico
respuatur et expugnatur sub-
ito totum corpus occupat et
inflammat, ruit et incendit.
Post carnem castam modi-
cum titillat. Deinde delectatione
turpi mentem maculat ut
aliquis ad extremum per consensum
consummatus sibi mentem sub-
iugat. Adversarius diabolus
quem videre non possum et
ideo minus caveo, tetendit
arcum suum et paravit
sagittas suas ut sagittet
me in abscondito. Abscon-
dit laqueos et quis vide-
bit eos? Laqueum posuit
in auro et argento et omnibus
quibus abutimur cum in illis
male delectamur. Non solum la-
queum posuit sed et visum.
Visus enim et amor posses-
sionis, affectus cognationis, cupi-
ditas honorum et carnis vo-
luptas quibus anima irretitur
et irretita ne penitus contem-
plationis per plateas superne
Sion discurrere possit. Sa-
gitte diaboli sunt ira, in-
vidia, superbia. Ecce quibus anima
vulneratur. Et quis est ille qui
iacula eius ignea possit ex-
tinguere? Proh dolor, his vulne-
ratur fidelis et superatur anima fi-
delis sepe. Heu, qui in bel-
la undique video, undique te-
la volant, undique temptamenta,
undique pericula. Quocumque me
verto nulla securitas, et que
mulcent et que molestant timeo.
Esuries et refectio, sompnus
et vigilie, labor et requies
pugnant contra me. Non minus
est mihi suspectus iocus quam ira;
multos siquidem iocando scandali-
zavi, nec minus vereor pro-
spera quam adversa. Prospera namque
suavitate sua me cautum
decipiunt. Adversa vero que ad
amaritudinem sunt velut po-
tio amara me suspirare et
timidum faciunt. Et magis ti-
meo malum quod facio in abscon-
dito quam quod in aperto. In malo
namque quod nemo videt nullus
reprehendit. Et ubi non timetur
reprehensor securius accedit
temptator et facilius perpetra-
tur iniquitas. Nimirum utrobique
bellum, utrobique pericula, utrobique
timendum. Et sicut in hostili
regione euntibus hac illacque
circumspiciendum est et ad omnem stre-
pitum commovendum est et tremendum.
Hic eas suggerit in mollia
mundi vana. Diabolus occa-
siones aliquas cogitationis
carnalis menti importune pul-
sat de cibo et potu, de sop-
no ceterisque similibus ad carnis
curam pertinentibus, eas in-
loquium. Cum vero de abiecte
sceli, de iactantia, de arro-
gantia cogitationes vanas ver-
sat in corde, de mundo est.

De dyabolo

Qualiter anima multorum
periculorum iaculis infestatur

Et non eos ad iram. Ad iactanciam et ad claritudinem animi provocat dyabolus. Ista suggestio est cui non aliter est quam ipsi dyabolo resistendum est, nec aliter ab ea cavendum est quam ab ipsa dampnatione. Demonum est suggestiones malas ingerere, nostrum est illis non consentire. Quotiens resistimus dyabolo, superos angelos letificamus, deum honorificamus, qui nos hortatur ut pugnemus, adiuvat ut vincamus, certantes spectat, deficientes sublevat, vincentes coronat.

Quid a carne procedit

Caro mea de luto est et ideo lutosas et voluptuosas cogitationes ab illa habeo, vanas et curiosas de mundo, a dyabolo amaras et maliciosas. Isti tres inimici impugnant et persequuntur me. Ne quidem apte nunc quid occulte semper a maligne, dyabolus magis confidit in adiutorio carnis, quia magis noster domesticus hostis. Illa non ad servitium mea cum illo fedus iniit, utpote de peccato nata et in peccato nutrita, viciis corrupta ipsa origine, sed multo amplius viciata prava consuetudine. Hinc est quod tam acriter concupiscit adversus spiritum, quod assidue murmurat et impaciens est discipline, quod illicita suggerit, nec obtemperat rationi, nec cohibetur ullo timore. Huic accedit, hanc adiuvat, hac utitur tortuosus ille serpens hostis humani generis, cui nullum est aliud desiderium, nullum negotium, nullum studium nisi perdere animas nostras. Hic est qui ingerit malum, machinatur, argute loquitur, artificiose suggerit, callide decipit, illicitos motus insufflat et venenatis cogitationibus inflammat, movet bella, nutrit odia, incitat gulam, movet libidinem, desideria carnis instigat, peccati occasiones parat et mille nocendi artibus corda hominum pulsare non cessat. Hic est qui baculo nostro nos cedit et manus nostras proprio cingulo ligat, ut caro que data est in adiutorium fiat nobis in ruinam et scandalum. Gravis lucta et grande periculum adversus domesticum hostem pugnare, cum nos advene simus et ille civis, sua inhabitat regione, nos exules sumus et peregrini. Magnum quoque discrimen adversus dyaboli fraudes et astucias tam crebros ymo continuos sustinere conflictus, quia tam astutum fecit nam subtilem quam longa exercitacio malicie huius.

Qualiter caro et anima exules et peregrina de sua regione adiutorio dyabolo fiunt

De beatitudine eterne patrie

Eripe me de inimicis meis deus meus et ab hiis qui perdiderunt me, quia confortati sunt super me. Ego non qui usque ad hanc diem contra me vixi, iam iam per tuam graciam vivere incipiam. Hic enim vivere debemus ut cum corpus a vermibus ceperit devorari in sepulchro, anima letetur cum sanctis in celo. Illuc spe dirigendus quo est iturus, illuc festinare debemus ubi semper vivamus, ubi numquam amplius mori timeamus. Si sic amamus istam labilem et caducam vitam, ubi cum tanto labore vivimus, ubi comedendo bibendo dormiendo vix

Quid a carne procedit

De beatitudine eterne patrie

necessitatibus carnis satisfaciamus multo magis amare debemus eternam vitam. Ubi dolorem nullum sustinebimus. Ubi summa est iocunditas, summa felicitas, felix libertas et felix beatitudo. Ubi similes erunt homines angelis et fulgebunt iusti sicut sol in regno patris. Eternalis puritas tunc est splendor angelorum quia solis splendorem habebit lux corporum et nulla est ibi tristicia, nulla angustia, nullus dolor, nec timor, nec labor, nulla mors sed perpetua sanitas perseverat semper. Non surgit ibi malicia nec carnis miseria. Nulla est ibi egritudo, nulla dirum necessitas. Non est ibi fames nec frigus nec estus, nec lassitudo ieiunii, nec ulla temptacio inimici, nec peccandi voluptas, nec delinquendi facultas. Sed totam leticiam, totam exultacionem possidebunt homines quasi angelis sociati sine ulla carnis infirmitate in perpetuum vernabunt. Ibi erit iocunditas infinita, beatitudo sempiterna. In qua qui semel ~~adeptus fuerit~~ semper tenebitur. Ibi est requies a laboribus, pax ab hostibus, amenitas de novitate, securitas de eternitate, suavitas atque dulcedo de visione dei. Et quis non illuc vehementer festinare desideret et propter pacem et propter amenitatem et propter eternitatem et propter dei visionem. Nullus ibi peregrinus. Sed quicumque meruerint illuc venire securi in ipsa patria manebunt semper leti et semper saciati de visione dei. Et quanto amplius aliquis deo obediens fuerit tanto ampliorem mercedem ibi recipiet. Quanto quisque amplius deum amabit tanto plus videbit eum quem omnis cupit.

Eternalis sit status statum dicatur.

+ suscipit

[illegible] caro volt dominari super animam

Dies hominis sicut umbra super terram et nulla est mora et tunc ipse nichil est cum stare videatur. Cur ergo thezaurizas in terra, cum sine dilacione transeat et id quod colligitur et ipse qui colligit. Et tu homo quem semper expectas in mundo, cuius fructus ruina est, cuius finis mors est ruina. Sapiens et intelligens ac novissima providet. Providens corpus quoddam qui per annos plurimos tecum familiariter vixit, ad mensam tuam sedit, cibum de manu tua suscepit. In sinu tuo dormivit, cum voluit colloquium tecum habuit. Quia hereditario iure tuus fuit. Sed abicere etate delicate nutristi eum et virge pepercisti. Contumax effectus est. Elevavit calcaneum super caput tuum et te in servitute redegit et tibi crudeliter dominatur. Sed fortasse dices quis est hic vetus homo tuus qui conculcat semper tuum qui pro nichilo habet terram desiderabilem qui sola que carnis sunt sapit. Homo iste a nativitate sua cecus est. Sed eciam surdus et mutus et inveteratus dierum malorum rebellis virtuti et veritati. Inimicus crucis Christi, deridet innocentem et simplicem; simpliciter ambulat in magnis et in mirabilibus super se. ar-

Eterna vita sit racio sedatur

[illegible]

rogancia eius plus quam fortitudo eius nullum valet. Dixit insipiencia sua non est deus. Habestit bonis et malis pabit alienis. In nundis cogitacionibus pascit et non fatigat. In illis tussis dies usque ad finem dispergit et dissipat propria sicut prodigus, cupit et rapit aliena sicut avarus, turpitudinem et ignominiam congregat sibi simulans callide et provocans iram dei. Hic iste totus in peccatis natus est et sic nutritus a nutrice iniquitatis filius mortis vas ire et contumelie ad interitum. Quis enim cum talibus sit enarrat iusticiam dei, assunt testes eius per os suum. Cum videt furem currit cum eo et cum adulteris porcionem suam ponit adversus filios matris sue ponit scandalum supponere et thezaurizat iram in die ire, volt a te hereditatem tuam tollere et desuper terra auferre et tu tantam iniuriam non vindicas sed dissimulas nec enim verbum ei durum loqueris nec vultum iratum ostendis. Sed blandienti tibi arrides, ludis cum illusore, nescis quod ysmael est qui tecum ludit, ludus iste non est puericie vel simplicitatis vel innocencie sed illusio anime et perdicio et mors. Iam in foveam quam fecit precipitatur. Iam effeminatus iam iugo miserabile et servituti pressus sub pedibus eius vult conculcare. O miser et miserabilis homo quis te liberabit de vinculo imperii huius. Exurgat deus et cadat armatus iste cadat et conteratur. Inimicus homo est contemptor dei cultor sui. Amicus mundi servus dyaboli. Quid tibi videtur. Si recte sentis mecum dicis reus est mortis, crucifigatur. Noli ergo dissimulare, noli differre, noli parcere, sed festinanter ardenter instanter crucifige hominem illum, sed cruce christi in qua salus est et vita, ad quam si ex corde clamaveris, continuo tuus audiet benigne respondere: hodie mecum eris in paradiso. Sic christi pietas inopinata est salus miseri, sed tam continua atque probata est dileccio dei tam inopinata dignacio tam inaudita mansuetudo ut qui ad eum clamavit exaudiret illum qui miseratorem est. O quanta est misericordia dei quam ineffabilis immutacio dextere excelsi. Heri eras in tenebris, hodie in splendore lucis. Heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferi, hodie in deliciis paradisi. Sed quid prosunt hee litere amonicionis nisi deleas de libro consciencie litteras mortis. Quid prodest hec scriptura lecta non intellecta nisi teipsum legas et intelligas. Da ergo operam intus in te legendum ut inspicias et cognoscas teipsum ut legas et intelligas deum et pugnes et vincas mundum et omnem inimicum, continuus labor tuus convertatur in requiem luctus in gaudium et post tenebras huius vite videas ortum surgentis aurore videas ex meridie solem iusticie in quo sponsus cum sponsa perpecies unum eundemque dominum glorie Ihesum christum dominum nostrum filium

Quanta sit dei clemencia circa peccatores

Lu exterius perdimus demus de libro consciencie nostre delere litteras mortis dei qui cum eodem patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen

Incipiunt meditaciones beati Bernhardi

Quare deus requiescat in anima hominis
Quare homo dampnetur antequam nascatur
De dignitate anime
De premio quod gratie beatitudo
Quare vere penitens semper est in labore
De bono obediente
De amabili sponso
De fideli servo
Quare homo quando ecclesiam intrat sollicitudines vanas relinquat
Quare homo non debet timere mortem
Quare toto corde sit psallendum
Quare in homine nichil est sanctius corde
Quid consequatur homo propter suam iniquitatem.
Quare homo qui se inspicit bene multa in se inveniet digna reprehensione.
Quare homo non potest celare sua peccata.
De hiis que obsident animam.
De materia carnis et appetitu eius
Qualiter homo debeat vivere
Quare dies hominis sunt sicut umbra mortis etc.

Incipiunt meditaciones beati Anshelmi

Terret me vita mea quam diligenter discussa apparet michi aut peccatum aut sterilitas fere tota vita mea. Et si quis fructus in ea videtur, sic est enim aut simulatus aut imperfectus aut aliquo modo corruptus, ut possit aut non placere aut displicere. Ergo o peccator vita tua non iam fere tota sed certe tota, aut in peccato est aut dapnabilis aut infructuosa et contemptibilis. Sed quid separo infructuosam a dapnabili? Utique si infructuosa est et dapnabilis. Constat enim et verum est quod veritas dicit: Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Denique si quid ago utile, prorsus nullatenus id compenso alimentis corporis quibus abutor. Sed quibus pascit per quod nec tantum prodest quantum consumit. Et tu te benignus deus nutrit, et expectas tam inutilem vermem fetentem peccatis. O quam tollerabilius canis putridus fetet hominibus quam anima peccatrix deo, quam infelicius ista deo quam ille hominibus. Heu me non hominem sed obprobrium hominum, vilius pecore, peius cadavere. Tedet animam meam vite mee, vivere pertimesco, mori erubesco. Quid ergo restat tibi o peccator, nisi ut in tota vita tua plores totam vitam tuam ut ipsa tota ploret se totam. Sed est in hoc quoque anima mea miserabiliter miserabilis et miserabiliter misera.

Meditacio beati Anshelmi

bilis nō tantū dolet qntū se noscit sʒ sic secura torpet velut qd patiatʒ ignoret. O aīa sterilis qd agis qd torpes aīa pctrix dies iudicii venit iuxta ē velox nimis dies illa dies ire tribulacōis et angustie dies calamitatis et miserie dies tenebrarū et caliginis dies nebule et turbinis dies tube et clangoris. O vox diei dnī amara. Qd dormitas aīa tepida et digna euomi qd dormitas. Qui nō expergiscitʒ ul nō tremit ad tantū tonitruū nō dormit sʒ mortuus ē. Arbor infructuosa ubi sūt fructꝰ tui. Arbor digna securi ⁊ igne digna succidi et succendi. Certe si sūt fructꝰ tui utiqʒ spine pungentes et amara pcta. Que utinā sic te penitendo pungerent ut confringerentʒ sic te amarescerent ut euanescerent. Forsitā parū quod putas aliqd pcc̄m ⁊ ut districtus iudex parū estimaret aliqd pcc̄m. Heu heu me nōne omne pcc̄m p puaricacōz exhonorat deū. Quidā pccatū audebit pctōr dicere parū. O lignū aridū ⁊ inutile eternis ignibꝰ dignū qd rndebis in illa die. Cū exigetʒ a te usqʒ ad ictū oculi omne tps viuendi ⁊ impensū qualiter fuit a te expensū. Totū quippe cōdempnabitʒ quicqd fuerit inuentū inter opis ul oris sermonis ⁊ silencii usqʒ ad minima cogitacōz et qd vixisti si non fuerit ad dei volūtatē directū. Ve quot pcta prorūpent tibi ex ipsis qsi ex insidiis que mō nō vides. Certe plā et fortassis terribiliora hiis que vides. Quot tūc q nō vides mala nūc ēē putabis. Quotqʒ nūc bona ēē credis nuda facie apparebūt ⁊ nigerrīa pcta. Ibi procul dubio rcipies put gessisti in corpore. Cū iā venit tps iudicandi tūc iā pnīa nō rcipietʒ tūc emēdacō nō pmitteʒ. Hic cogita q gessisti quid oporteat te recipe. Si multa bona pauca mala multū gaude. Si multa mala pauca bona multū luge. Insensibilis pctōr an nō sufficiūt ⁊ h ad īmane rugitū, an nō sufficiūt ad eliciendū sanguīe et medullas et lacrimas. Ve miserabilis duricia ad quā cōfringenda leues sūt tā graues mallei mole talis. Ad qd excitāda grauius ē tā terrificū tonitruū. Pctōr inutilis satis dignū h ea ad concitandū luctū ⁊ et sufficit ⁊ put ad sorbēdas iuges lacrimas. Sʒ tu dabis tu grandine ⁊ magnitudine īminentis miserie qcqd dissimulando taces et oculis aīe furaris aut ut ipius irruat repetitum dolorem ut subito irruat itollerabil tempestas. Certe nō sic expedit pctanti. Si enī dixero quicqd poteo excogitare nōdū ad id qd res ē poterit cōparari. Igr deducit oclimei lacrimas per diem et nocte et non quiescit. Ange peccator ange super viribus erumpens pondus, adde terrorem super terrorem ululatum super ululatum. Ita ille te iudicabit ad cuius contumeliam spectat quicquid inobediens es deo, aut prevaricator peccat qui in bonum pro malo reddidit, cui ego malum pro bonis. Qui nunc pacientissimus, tunc districtissimus, clementissimus nunc, iustissimus tunc. Heu me heu me cur peccavi, deum inhonoravi, omnipotentem provocavi. O peccator quid feci, cui feci, quam male feci. Ut ne ira omnipotentis ne irruat super me. Ira omnipotentis ubi poteris capi in me, non est quod possit te tollerare in toto me. O angustie: hinc erunt accusancia peccata, inde terrens iusticia, subtus patens horrendum chaos inferni, desuper iratus iudex, intus urens consciencia, foris ardens mundus. Iustus vix salvabitur, peccator sic deprehensus in quam partem se premet? Sic constrictus ubi latebo, quomodo apparebo? Latere erit impossibile, apparere intollerabile. Illud desiderabo quod nusquam erit, execrabor et ubique erit. Quid tunc, quis eruet me de manibus dei? Unde mihi consilium, unde salus? Quis est qui dicitur magni consilii angelus, qui dicitur salvator, ut nomen eius vociferer? Iam ipse Christus, ipse idem est iudex inter cuius manus tremo. Respira iam o peccator, respira, ne desperes. Spera in eo quem times, affuge ad eum a quo fugisti. Invoca oportune quem superbe provocasti. O Ihesu Ihesu propter hoc nomen tuum fac mihi secundum nomen tuum Ihesu. Obliviscere superbum provocantem et respice miserum invocantem. O nomen dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem et beate spei. Quid enim est Ihesus nisi salvator? Ergo Ihesus propter temetipsum esto mihi Ihesus, qui me plasmasti salva me ne peream, qui me redemisti ne contempnes, qui me creasti tua bonitate ne pereat opus tuum in tua equitate. Rogo piissime ne iniquitas mea perdat quod fecit tua omnipotens bonitas. Recognosce igitur benignissime quod tuum est et absterge quod alienum est. O Ihesu Ihesu miserere dum tempus est miserendi, ne dampnes me in tempore iudicandi. Que namque tibi utilitas in sanguine meo si descendero in eternam corruptionem? Neque enim mortui laudabunt te domine neque omnes qui descendunt in infernum. Si admiseris inter latissimum sinum misericordie tue non erit angustior propter me domine. Admitte ergo o desiderantissime domine Ihesu, admitte me inter numerum electorum tuorum ut cum illis te laudare perfruar et glorier inter omnes qui diligunt nomen tuum. Qui cum deo patre et spiritu sancto gloriaris per infinita secula seculorum Amen.

Deploratio anime fornicate a deo de virginitate amissa

Anima mea erumpnosa anima mea inquam misera miseri homuncli excute torporem tuum et discute peccatum tuum et concute mentem tuam, reduc ad memoriam enorme delictum et produc a cordibus immane rugitum. Intende infelix intende sceleris tui horrorem et pretende horrificum terrorem et terrificum dolorem. Tu nempe que quondam candidata celesti lavacro dotata spiritu sancto in christiana confessione iniciata virgo sponsi xpo desponsata. O unde memini. O quam nominavi utique non iam benignum sponsi virginitatis mee, sed terribilem iudicem immundicie mee. Heu memoria perdite iocunditatis cur sic semper aggravas perditam possesse infelicitatis. O quam miseria flagiciosi hominis cui et bonum et malum parturit sit in tormentum. Torquet enim me mala conscientia et cruciatus eius in quibus timeo me arsurum. Torquet me bone conscientie memoria et premiorum eius questum me perdidisse nec amplius me recuperaturum. Ve misero et dolendum perdidi id quod est servare inestimabile perdidi irrecuperabile. Heu inconsolabile perdidi quod non solum dampnosum bonorum sed insuper lucrosum tormentorum. Ergo virginitas iam non delicata mea iam non iocunda mea sed perdita mea sed desperata mea quo devenisti. O fornicatio sordidatrix mentis mee et perditrix anime mee unde me subtraxisti de quam nitido de quam iocundo statu me precipitasti. Hinc me o dare meror quod id me admisisse. Hinc angustie me o quantus dolor et timor. Timor quod istud est amissi. Ve hinc et illuc sepit bonum et malum sepit utique iam misere periturus ad hunc veniet miserorum malum digne esse digne. Tu natus anima mea perdita deo periura dei adultera sponsi liberi de sublimi virginitatis miserabiliter es dimissa in baratrum fornicatoris. Tu enim illa desponsata regi celorum ardenter facta es scortum tortoris tartarorum. Heu abiecta deo proiecta dyabolo. Immo abiciens deum amplecteris dyabolum. Tu enim misera mea mentis obstinata fornicationis impudens. Tu prior amatori tuo et creatori tuo sponso repudium contulisti et insidiatori et perditori tuo demoni te sponte contulisti. O miserrima et plus quam miserrima commutatio. Heu de quam sublimi cecidisti in quam profundum corruisti. Ve quam benignum contempsisti quam maligno te imposuisti. Quid fecisti o mentis amentia amentis spurcicia spurca nequicia

Quid fecisti mecha dereliquisti castum amatorem tuum et miserum secuta es odiosum corruptorem tuum et in baratro pasti non thalamum sed prostibulum tuum. O horror inestimabilis quam perversa voluntas miraculum horribile quam voluntaria perversitas. Unde digna tante pravitatis correctio? Precipitare miser homuncio in tenebrosum profundum immoderate mestitie qui sponte precipitatus es in baratro horrende nequitie. Obrue infelix mole intolerabilis doloris qui corruisti libens in puteum infernalis doloris. Obvolve corruptorem horridis tenebris inconsolabilis luctus. Volens provolutus es in voragine tam sordidi luxus voluptatis in gurgite amaritudinis qui delectatus es in volutabro turpitudinis. Terror horribilis dolor terribilis meror inconsolabilis aggravate vos super me irruite obruite perturbate obvolvite possidete. Iustum est iniustum est. Impudenti audacia contempsi vos et imprudenti delectatione provocavi vos. Immo deum non vos et nunc miserabili penitencia desidero vos. Torquete deum iudicate deum. Pronunciat fornicatorem in ferventia tormenta que meruit pergustet quod speravit assuescat quod est passurus. Contende et produc immoderatam te peccator luctuosam penitenciam qui tam longe produxisti tue sceleris immundiciam. Revolve et revolve in eundem turbinem amaritudinis qui torrens revolutus es in eadem vertiginem libidinum. Consolatio securitas leticia nolo vos. Renuo vos non mei peccati venia repellit vos. Procul estote donec anima mortem sit inter continuam penitenciam amaram. Si forte in diligencia reddux erit vos in vel post mortem. Comes etatis mee sit acutus dolor insanabilis tortor vite mee. Sint meror et acerbus luctus infatigabiles tribulatores iuventutis et senectutis mee. Utinam ut sic opto oro desidero ut infixi sint. Si enim non sum dignus oculos ad celum levare certe non sum dignus oculos vel plorando cecare. Si confunditur mens mea orare pudore ex consciencia equum est ut confundatur turbine luctuosi doloris et tristicie. Si timet exhibere animam conspectui dei iustum est ut habeat anima conspectui suum tormenta sceleris sui. Recogitet igitur et recogitet cor meum quid fecit quid meruit. Descendat immo descendat ad terram tenebrosam et optat mortis caliginem mens mea et consideret que ibi expectat scelerosam animam intendat et contempletur videat et conturbetur. Quid est deus meus. Quid est tu anima adulteras intra miserie et tenebrarum horrore. Quid est quod intueor ubi nullus ordo. Sed sempiternus horror inhabitantes. Heu confuso voluptatum tumultus dentium stridentium, inordinata multitudo gemituum. Ve ve ve quot et quanti ve. Ve ignis sulphurei, flamma tartarea, caliginosa volumina que terribiliter video nos rotari. Vermes in igne vivaces, aut tanta aviditas rodendi sic nos accendit quos ille ignibus igneum non incendit. Demones ardentes, fervientes ardore, cur sic crudeles estis hiis qui volutantur inter vos. O immoderata tormenta iusticia moderata ad sustinendum, immoderata sustinere nullus modus, nullum remedium, nullus finis temperabit nos. Hertine sic magne deus que parata sunt fornicatoribus et contemptoribus tuis, quorum unus ego sum, ego utique unus horum sum. O anima mea expavesce, mens mea diffide, cor meum scindere. Quo me rapitis exactores sceleris mei? Quo me truditis peccatum meum? Quo me truditis deus meus? Cum fecerim ut essem reus tuus, numquam facere potui ut non essem creatus tuus. Cum in captivitate ademi, numquam tamen misericordiam tuam pelmis domine. Domine si ego admisi unde dampnare potes, tu non amisisti unde salvare soles. Noli domine noli sic attendere malum meum ut obliviscaris bonum tuum. Ubi est verax deus: Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Domine qui non mentiris

quid est nolo mortem peccatoris, si tu sepelis in infernum ad te clamantem peccatorem, an detrudere gehenna est: Nolo mortem peccatoris, aut hoc est: nolo ut convertatur et vivat peccator. Ego sum peccator, sum ego. Si ergo non vis mortem peccatoris, quid te cogit quod non vis ut me trudas ad mortem? Cum vis ut convertatur peccator et vivat, quis te prohibet facere quod vis ut me convertas et vivam? An immanitas peccati mei cogit te quod non vis ~~et~~ prohibet quod vis, cum sis omnipotens deus? Absit deus meus, absit dominus meus. Non prevaleat nequitia peccatoris contriti et dolentis summe omnipotentie. Memento iuste deus et benigne deus, memento quod misericors es et creator. Creator meus, Nego memineris bone domine iusticie tue erga creaturam tuam, ne memineris ire adversus reum, sed memor esto miserationis erga miseros. Verum est quia conscientia mea meretur dampnationem et penitencia mea non sufficit ad satisfactionem. Sed certum est quod misericordia tua superat omnem offensionem. Parce ergo tu bone Ihesu, qui es salus et qui non vis mortem peccatoris, anime mee. Fugit enim contrita a terrore iusticie tue ad confortationem misericordie tue, ut cui virginitas primum est corruptum. Dolor irrecuperabilis saltem supplicium fornicatoris penitenti non sit inevitabile, quia non est impossibile omnipotentie tue nec indecens iusticie tue nec impletum misericordie tue qui bonus es et quia in eternum misericordia tua qui es benedictus in secula seculorum amen.

Alia meditatio ad attendendum amorem dei in nobis

Domine ihesu christe redemptio mea misericordia mea salus mea te laudo tibi gratias ago quamuis valde impares beneficiis tuis quamuis multum expertes digne deuotionis quamuis nimis macras a desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus tamen qualescumque laudes qualescumque gratias non quales scio me debere sed sicut potest me conari tibi persoluit anima mea. Spes cordis mei virtus anime mee auxilium infirmitatis mee compleat tua potentissima benignitas quod conatur anima mea tepidissima imbecillitas. Vita mea finis intentionis mee etsi nondum merui te tantum quantum debitor sum amare utique saltem desidero te tantum quantum debeo amare. Illuminatio mea conscientiam quia domine ante te est omne desiderium meum et tu donas si quid boni vult anima mea si bonum est domine quod inspiras immo quia bonum quod te velim amare. Da quod facis velle da ut quantum iubes tantum merear amare laudes et gratias ago pro desiderio quod inspirasti laudes et preces offero ne sit in donum tuum infructuosum quod tua bonitate sponte dedisti. Perfice et quod incepisti dona quod benigne preueniendo immeritum desiderare fecisti. Conuerte misericordissime meum torporem in feruentissimum tui amorem. Tua me domine bonitas creauit tua misericordia creatum ab originali peccato mundauit tua paciencia post illam emundationem baptismi in aliis peccatorum sordibus voluptatum hactenus tollerauit nutriuit et expectauit. Expectas tu domine correctionem. Expectat anima mea ad sufficientem penitendum et bonum viuendum tue gratie inspirationem. Domine meus creator meus tollerator et nutritor meus esto adiutor meus te sitio te desidero te esurio ad te suspiro te concupisco et sicut pupillus benignissimi patris orbatus presencia flens et eiulans incessanter eius dilectam faciem toto corde amplectitur. Sic rogo non quantum debeo sed quantum queo memor passionis tue memor alaparum tuarum memor flagellorum memor crucis memor vulnerum tuorum memor qualiter pro me occisus es qualiter conditus es qualiter sepultus simul memor gloriose resurrectionis tue et mirabilis ascensionis hec indubitata fide teneo exilii mei erumpnas defleo. Expecto tui aduentus sola consolatione ardeo desiderans tui vultus gloriosam contemplationem. Heu mihi qui videre non potui dominum angelorum et humiliatum ad conuersationem hominum vt homines exaltaret ad conuersationem angelorum cum deus

Alia meditatio ad attendendum amorem dei in nobis

ſuſpenſꝰ ſponte moriebaꝛ ut
peccator viuet Heu m̄ qͣntā
admirabili tā ineffabili pie:
tate prius obſtupeſcē nō me:
rui Aīa mea te pnte
nō tranſiuit gladius doloris
acutiſſimꝰ cū ferre nō poſ
ſes vulnerari lancea latꝰ
tui ſaluatoris cū vidēs negres
violari clauis manꝰ ꝛ pedes
tui plaſmatoris cū horrēs
effundi ſanguinē tui redēp:
toris Cur nō es ebria lac:
marum amaritudie cū ille
potaretꝛ amaritudiē fellis.
Cur nō es cōpaſſa caſtiſſime
matri eius benigniſſime dne
tue Dna miſericordiſſima.
quos fontes dicā erupiſſe
de pudiciſſimis oculis tuis cū
attendēs filiū tuū innocē:
tem corā te ligari flagel:
lari mactari Quos fluctꝰ la:
crimarum dicā pfudiſſe vultū
tuū pudiciſſimū cū inſpicēs
eundē filiū tuū ꝛ dnm̄ ī cruce
ſine culpa extendi ꝛ carne
de carne tua ab impiis
crudeliter deſecari Quibꝰ
ſingultibꝰ eſtuabo piiſſimū
pectꝰ tuū vexatū ee cū
tu audiēs Mulier ecce fi:
lius tuꝰ ꝛ diſcipulo ecce ma:
ter tua cū in filiū diſcipulū
accipēs p magro et p dno
ſeruū. Utinā cū felice Jo:
ſeph dnm̄ meū de cruce
depoſuiſſe aromatibꝰ cōdi:
diſſe in ſepulchro collocaſ:
ſem ut tanto funeri nō de:
eſſet aliquid obſequii mei Ut
cū btis mulieribꝰ choruſcā
viſiōe angelorū eciam vidiſſ
ꝛ audiſſe nunciū dnice re:
ſurrectionis nunciū mee cō:
ſolacionis nunciū tā exoper:

tatū nunciū tā deſideratū
Utinā michi audiſſe ex ore
angeli Nolite timere Uos
ihm̄ queritis crucifixum ſur:
rexit nō ē hic Benig:
niſſime clemētiſſime ſuauiſſime
cōſolator quē reſtaurabis
michi qꝛ nō vidi illā btitudinē tue
carnis reſurrectionē ul incor:
ruptionē qꝛ cōſolatꝰ nō ſum
loca vulnerū fixurasqꝫ cla:
uorum Cur michi nō oſtendiſti lac:
mas gaudii cicatrices teſ:
tes veri corporis admira:
bilis incōparabilis quibꝰ cō:
ſolareris me a dolore meo.
Non enim capit ī me dolor
meꝰ qꝛ diu peregrinꝰ ſū Heu
mi dne Heu aīe mee re:
ceſſiſti cōſolator aīe mee
nec valedixiſti michi ingre:
diens vias tuas benedixiſti
tuis nec affini Eleuatis ma:
nibꝰ ambobꝰ ſuſceptꝰ es ī
celū nec vidi angeli pmi:
ſerunt te redditurū nec au:
diui Quid dicā qd faciam
Ubi eū queram Ubi ul qn̄
inueniā quē rogabo quis nū:
ciabit dilecto meo qꝛ amore
langueo Defecit gaudiū
cordis mei verſū eſt ī luctū
riſꝰ meꝰ defecit caro mea
ꝛ cor meū deꝰ cordis mei
ꝛ pars mea deꝰ ī eternū Ue:
niat cōſolari aīa mea in
de te dulcedo mea Quid
enim michi ē ī celo ꝛ a te qd vo:
lui ſup terrā Te volo te ſpe:
ro te quero Tibi dixit cor
meū queſiui vultū tuū
vultū tuū dne requirā
ne auertas faciē tuā a me
Amator hominū benigniſſime
tibi derelictꝰ ē paup orpha:
no tu eris adiutor. Mi:

advocate tutissime misere orphane derelicti pupilli. Sis tu absque patre anima mea, sicut vidua a orbitatis et viduitatis lacrimas quas tibi offeres donec redeas. Age iam domine apparere michi et consolabor. Ostende michi faciem tuam et salvus ero. Exhibe presentiam tuam et consecutus ero desiderium meum. Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. Quando veniet consolator meus quem expecto. O si quando videbo gaudium meum quod desidero. O si satiabor cum apparuerit gloria tua quam esurio. O si inebriabor ab ubertate domus tue ad quam suspiro. O si potabis me torrente voluptatis tue quam sitio. Sint michi domine interim lacrime mee panes die ac nocte donec dicatur michi: Ecce deus tuus, donec audiam: O anima, ecce sponsus tuus. Pasce me interim domine singultibus meis. Pota me interim doloribus meis. Refocilla interim me languoribus meis. Veniet interea fortasse redemptor meus quoniam bonus est nec tardabit quia pius est. Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Alia meditatio cordis deum inquirentis

Eya nunc homuncio fuge paululum occupationes tuas, absconde te a tumultuosis cogitationibus, abice onerosas curas et pospone noxias dissensiones tuas, vaca aliquantulum deo et requiesce aliquantulum in eo. Intra in cubiculum mentis tue et exclude omnia preter deum et que iuvent ad inquirendum eum et clauso ostio quere illum. Dic nunc toto corde tuo: vultum tuum domine requiro. Eya nunc ergo tu domine deus meus doce cor meum ubi et quomodo te querat, ubi et quomodo te inveniat. Domine si hic non es, ubi te queram absentem? Si autem ubique es, cur non video te presentem? Sed certe habitas lucem inaccessibilem. Et ubi est lux inaccessibilis, aut quomodo accedam ad lucem inaccessibilem? Aut quis me docebit, aut quis ducet ad eam ut videam te in ea? Deinde quibus signis, qua facie te queram? Numquam te vidi domine deus meus, non novi faciem tuam. Quid faciet domine, quid faciet iste longinquus exul? Quid faciet servus tuus anxius amore tui et longe proiectus a facie tua? Accedere ad te desiderat et inaccessibilis est habitatio tua. Invenire te cupit et nescit locum tuum. Querere te affectat et ignorat vultum tuum. Domine deus meus es et dominus meus es et numquam te vidi. Tu me fecisti et refecisti et omnia bona mea tu michi concessisti et nondum novi te. Denique ad te videndum factus sum et nondum vidi propter quod factus sum. O misera sors hominis cum hoc perdidit ad quod factus est et invenit propter quod factus non est. O durus et dirus casus ille. Heu michi perdidit et quid perdidit et quid invenit

Alia meditatio cordis dei inquirentis

quod abcessit et quod remansit. Perdidit beatitudinem ad quam factus est et invenit miseriam ad quam factus non est. Abcessit sine quo felix non est et remansit quod per se non nisi miserum est. Manducabat homo tunc panem angelorum quem nunc esurit. Manducat nunc panem dolorum quem tunc nesciebat. Heu publicus luctus hominum universalis planctus filiorum Ade. Ille ructabat saturitate nos suspiramus esurie. Ille habundat nos mendicamus. Ille feliciter tenebat et nos misere deseruit. Nos infeliciter egemus et miserabiliter desideramus heu vacui remanemus. Cur non custodit ~~nos~~ nobis quod facile posset quo tam graviter careremus. Quare nam sic nobis obscuravit lucem obduxit nos tenebris. Ut quid nobis abstulit vitam et inflixit mortem. Erumpnosi unde sumus expulsi unde precipitati quo obruti a patria in exilium a visione dei in cecitatem nostram a iocunditate immortalitatis in amaritudinem et horrorem mortis. Misera mutatio de quanto bono in quantum malum. Grave dampnum gravis dolor grave tormentum. Sed heu me miserum unum de aliis miseris filiis Eve elongatis a deo. Quid incepi et quid effeci et quo tendebam et quo deveni ad quid aspirabam in quibus suspiro. Quesivi bona et ecce turbacio. Tendebam in deum et offendi me ipsum. Requiem querebam in secreto meo et tribulacionem et dolorem inveni visceribus meis. Volebam ridere a gaudio mentis mee et cogor rugire a gemitu cordis mei. Sperabatur leticia et ecce densentur suspiria. Sed o tu domine usquequo oblivisceris me in finem usquequo avertis faciem tuam a nobis. Quando respicies nos quando illuminabis oculos nostros et ostendes nobis faciem tuam quando restitues te nobis. Respice domine exaudi et illumina nos et ostende nobis teipsum. Restitue nobis ut bene sit nobis sine quo tam male est nobis. Miserare labores labores nostros et conatus nostros ad te quia nichil valemus sine te. Invita nos adiuva nos. Obsecro domine ne desperem suspirando sed respirem sperando. Obsecro domine esuriens incepi querere te ne desinam ieiunus a te. Famelicus accessi non recedam impastus. Pauper veni ad divitem miser ad misericordem ne recedam vacuus et contemptus et antequam ~~suspi~~ comedam suspiro da ut post suspiria ut comedam. Domine incurvatus sum non possum nisi deorsum aspicere erige me ut possim sursum aspicere erige me ut possim sursum intendere. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum obvoluerant et sicut onus grave gravant me. Evolve me exonera me ne urgeat puteus earum os suum super me. Liceat mihi respicere lucem tua, vel de longe vel de profundo. Doce me querere te et ostende te querenti, quia nec querere te possum nisi tu doceas, nec invenire nisi te ostendas. Queram te desiderando, desiderem querendo, inveniam amando, amem inveniendo. Fateor domine et gratias ago, quia creasti in me hanc ymaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sic est abolita attritione viciorum, sic est offuscata fumo peccatorum, ut non possit facere ad quod facta est, nisi tu renoves eam et reformes. Non tempto domine penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus comparo illi intellectum meum, sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quero intelligere ut credam, sed credo ut intelligam. Nam et hoc credo, quia nisi credidero non intelligam.

Ergo domine qui das fidei intellectum, da michi ut quantum scis michi expedire intelligam, quia es sicut credimus. Et quidem credimus te esse aliquid quo nichil aliud maius excogitari possit. An ergo non est aliqua talis natura, quia dixit insipiens in corde suo non est deus? Sed certe idem ipse insipiens cum audit hoc ipsum quod dico aliquid quo maius nichil excogitari potest, intelligit quod audit, et quod intelligit in intellectu eius est, etiam si non intelligit illud esse. Aliud est rem esse in intellectu, aliud intelligere rem esse. Nam cum pictor precogitat que facturus est, habet quidem in intellectu hoc, sed nondum intelligit esse quod nondum fecit. Cum vero iam pinxit, et habet in intellectu et intelligit esse quod iam fecit. Convincitur ergo et insipiens esse in intellectu aliquid quo nichil maius cogitari potest, quia hoc cum audit intelligit, et quicquid intelligitur in intellectu est. Et certe id quo maius cogitari nequit non potest esse in solo intellectu. Si enim vel in solo intellectu potest cogitari esse et in re, quod maius est. Si igitur id quo maius cogitari non potest intellectu solo, id ipsum quo maius cogitari non potest est quo maius cogitari potest. Sed hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid quo maius cogitari non valet et intellectu et re.

Quod utique sic vere est, ut nec cogitari potest non esse. Nam potest cogitari aliquid esse quod non possit cogitari non esse, quod maius est quam quod non esse cogitari potest. Quare si id quo maius nequit cogitari potest cogitari non esse, id ipsum quo maius cogitari nequit non est id quo maius cogitari nequit, quod convenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo maius cogitari nequit quod convenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo maius cogitari non potest ut cogitari non possit non esse. Et hoc es tu domine deus noster. Sic ergo vere es domine deus meus ut nec cogitari possis non esse; et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creatura super creatorem et iudicaret de creatore; quod valde est absurdum. Et quidem quicquid est aliud praeter te solum potest cogitari non esse. Solus igitur verissime omnium es, et ideo maxime habes esse; quia quicquid aliud est non sic vere est, et idcirco minus habet esse. Cur itaque dixit insipiens in corde suo: non est deus, cum tam in promptu sit rationali menti de maxime omnium esse? Cur nisi quia est insipiens? Amen.

Explicitunt meditaciones beati Anshelmi.

Incipit soliloquium domini magistri Hugonis ho quod dicitur Arra anime

Loquar secreto anime mee et amica confabulatione exigam ab ea quod scire cupio. Nemo alienus admittetur, sed apta conscientia soli nobis confabulemur. Sic enim ut nullus timor erit quare occulta nostra illi timor. Responde vera. Dic mihi quaeso anima mea quid est quod super omnia diligis? Ego scio vita tua dilectio est, et scio quod sine dilectione esse non potes. Sed volo ut mihi sine verecundia confitearis quid inter multa diligendum elegeris. Multas enim species illecebrosi coloris aspicis in mundo; sunt aurum, lapides preciosi, carnis decorem et vestium varietates quas nominasti omnia. Vidisti pene singula et cooptas plurima. Dic ergo michi obsecro quid de hiis omnibus vicinius et secretius quod singulariter amplecti quos scis preferri vel. Constat enim michi quod aut horum que videntur aliquid amas aut hiis propositis aliquid habes quod pre hiis diligas. Talia. Sic amare non possum quod numquam vidi. Sic de hiis omnibus que videntur nichil adhuc amare potui. In hiis enim omnibus quod super omnia diligendum sit non inveni cum expertus sim amorem huius seculi esse fallacem, cupiens vel id quod diligam admittere vel alio magis placito superveniente commutandum est. Sic fluctuans sine amore esse nequeo, verum amorem non valeo invenire. Homo. Gaudeo quod saltem in amore temporalis corporis erras non figeris, sed doleo quod in amore eterne prie rnocade non diu requiescis. Nos enim gemma propria pretiosior sed in solo infeliciter commutanda. Licet livor secularis ab amore festinanter retrahat superiorum, sed hic habes solacium quod amorem mutare didicisti in melius, quia sic ab omni temporali amore avelli potes si dulcior spes sit in visibilibus concordia. Anima. Potest ne diligi quod non videtur? Certe cum invisibilibus non est amor verus et permanens et carus non potest quod non potest videri. Eterna miseria vincetur si amor permanens non invenitur. Neque sine amore pte.

utique quia vel constat esse miserum non amat id quod est, vel non est utique quod oblitum societatis solitarie vivens se solum diligit. Nunc ergo vel quia aut temporalium aliquid hominis amorem approbes aut aliud iocundius et salubrius demonstres.

Homo. Si temporalia non amanda tibi videntur, quedam sunt que suis decore superficietenus splendent. Cur te ipsam potius non diligis, que ipsa tua visibilium decore vincis? Multum est enim arguendus qui plenus auro gemmisque ceteris creaturis invidet que sordescunt.

Anima. Oculus cuncta videt, seipsum non videt, et iudicio aliorum distinguit hominem facies suas pulchritudinis obtinere dotem, nisi forte aliquis coram speculum afferas in quo faciem cordis mei cognoscam et diligam. Ydolum pulchritudinis de quo quisque dicit quod ad pastes amore iungit in speculo consideraret. Ego vero quia speciem vultus mei contemplari nequeo, facilius quam forsitan affectum dilectionis comprehendo, presertim quia amor solitarius numquam pati esse, et in hoc ipso amor esse desinit, si in alterum pallitatis consorte vim dilectionis non diffundit.

Homo. Abstinencia rerum abiectarum vim dilectionis non extinguit ut est solitarius cum quo est deus, sed sibi facit iniuria quod vel inhonesta vel que non sunt digna eius ambire in pallitate dilectionis admittit. Nunc ergo prius seipsum cognoscere et cognita sua dignitate ne amor suo derogetur, abiectiora se non amet. Ipse enim considerata pulchrioribus compararet vilescit, et sic in conspectu deformia pulchris coniuge. Sic divino cedens imaginaria pulchritudinis similitudinem pulcherrimis adequat. Nos vero anima habere amorem solitarium prostitutum tu caveas. Convertere vivificare et unire clarum.

Amor namque ignis est, et ignis quidem fomentum querit ut ardeat. Sed cave ne id sumas quod fumum ad fetorem tibi prestet. Talis vis amoris est ut talem te esse necesse sit quale est id quod amas, et quos affectus coniungit, similitudinis ymago unite dilectionis societate reportet. Ergo tua ergo cognita ipse anima intelligis qua pulchritudinem diligere velis. Nunc est tibi invisibilis facies tua, nichil enim videt oculus tuus si seipsum non videat. Nam cum ad se contemplandum interna expergiscitur est, nulla eum forpegna similitudo vel adumbrata veritatis ymaginatio fallere potest, que si negligentia obscuravit non solum te contemplaveris sed aliorum iudicio quid de te estimetur non pendes. Sponsum habes pulcherrimum, sed non vidisti faciem eius. Noluit se tibi adhuc prebere, sed munera arrhavit igitur pignus amoris et signum dilectionis. Si eum novisses et eius speciem in argumentum tue pulchritudinis haberes.

Certes enim quod tam pulchram tam formosam tam elegantem tam venustam raptus amore tuo non esset. Si enim singularis decor eius ultra ceteros admirandus non traheret, nunc videre illum non potes quia absens est, et ideo non erubescis illi iniuriam facere, singularem eius amorem contempnens, libidini prostituens alienae. Sed quia illum nescis, saltem ex arra data in pignus dilectionis commendata potes agnoscere quo affectu, quo studio et diligentia te illi decebat conservare. Insignis est arra eius et nobilis, qualem decebat magnum, sed et per nos sapiens magna non dedisset. Magnum ergo est quod tibi dedit, maius quod in te diligit. Nescis fortasse quid ab eo acceperis. Respice universum mundum, mare, terram, caelum et omnia quae in eis sunt. Quid est ibi quod tibi serviat? Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit, ut obsequiis tuis famuletur et utilitati deserviat, tuis quoque oblectamentis pariter et necessitatibus indeficienter occurrat. Tempus annuis innovationibus antiqua innovans, delapsa reformans, consumpta restaurans, pastum perpetuo subministrat. Quis putas ita hunc tibi unus consensu omnia ordinavit? Beneficium eius accipis et auctorem eius non agnoscis. Donum manifestum est, largitor occultus, et tamen ratio probat hoc non esse tuum debitum. Hoc beneficium alterius. Multum ergo diligendus qui hoc totum tibi contulit. Multum appetendus qui tantum dare potuit et voluit. Quantum ergo iste sit diligendus, et diligendus dono suo demonstrat. Sed ut stultum est amorem tam potentis non velle concupiscere, sic impium tam diligentem non amare. Si prudens es, si mundana diligis, ut subiecta dilige, ut quasi famulantia. Haec dona dilige ut arram sponsi, ut munera amici, ut beneficia domini, recordando semper quid illi debeas, ne ista pro illo, nec ista cum illo, sed ista propter illum et per ista illum diligas. Cave ergo ne sponsa meretrix, quod absit, dicaris, si munera datis plus affectu diligis amatoris. Cauta eius iniuriam facis si dona illius accipis et tu vicem dilectionis non rependis. Melius esset si dona illius respueres. Dilige illum, dilige te propter illum, scilicet quod ab illo diligaris, ut eo fruaris. Dilige dona eius propter illum, sed ut eo fruaris, te quod ab illo diligaris, dona ut bonis non amatis non celaris. Illum tibi et te illi dilige, dona illius ab illo propter te. Dura sit et casta dilectio, nil gravis sordidum, nihil turpe, totum decora castitate, iocunda dulcedine, stabilis aeternitate.

Anima. Verba tua inflammaverunt me, concepi ardorem, licet adhuc hunc non videam quem tam amabilem asseris. Ipsa met fateor sermonis tui dulcedine, exhortationis suavitate ad amorem eius accendis; ratio me cogit illum super omnia diligere, a quo video me omnia in pignus dilcōis accepisse sed tn̄ adhuc vnū felicitatē huius amoris innuunt n̄ illud scʒ cetera mag tue 9solatois abstergat

¶ Homo ¶ Fiducialr̄ t id pmitto i hoc aore nichil ee qd displicere deat ¶ Et tū ne magis videar credulitate tua falli quā veritati tue testimoniū phibē ¶ Volo vt qd te mouet apeias ut meis iterʒ 9firmata vocibʒ amplius i eius desiderio covalescas

¶ Anima ¶ Superius disposuisti cū amorē pbabilē et honestū 9mēdares nō solū amicū sed vnice electū te debē amorē .i. i solū dilectū et solū diligēdo constitutū, eo q pfecte laudabilis amor nō sit ¶ Si ul alt9 nō solū diligitur ul q sume diligēdus nō ē solus amatur ¶ Certe igit ego vnice electū et vnice dilectū diligo, sed hac huius dilectionis mee iniuria qd solū diligens sola nō amer ¶ Nā hac dilectionis arrā quā m abicē put ul certe equales tu omibus et m quib ē ipe agnoscis ¶ Certe nō igit de priuilegio singularis amoris potes gloriari q hoc qd tā magnū asseris nō dicā cū bestialibus sed cū ipsis bestiis 9mune accepi, ex solute solis oia minimis oia spāmus idē ē pastus omiū ¶ Nō itaqz sat 9gruē singulariter diligēdus plus nisi aliud singularit ondas dilectionis ¶ Hec .n. magna i singlari amore dignatio fateor si singlarit data fuissent

¶ Homo ¶ Nō nō displicet tua diligentia m, q eos pars pfecte amare depderas q tam pfecti amoris tā diliget investigas ¶ Tam igit huius optimi amoris ab hac pte qua causaris iniuria defendendo ne quā ab illius dilectione suspicione vacilles ad integrū restitua ¶ Nā alia qdē alia spāliter alia singularit tibi data sūt, qdē tu oibus ppt te tecū fiunt spāliter que multis ut tu omibus ppt te tecū sūt 9cessa, singlarit q tibi soli data sūt ¶ Nunqd io te nunq diligit q dona sua tecū et oibus 9cessit vl nunq felicibus te fecisset si t soli oia dedisset ¶ Certe nō sūt hoīes nec bestie quibus societas oblcamet coslabeis ¶ Si mundus et oia ad solaciū tuū cāta sūt ꝛ fiunt quo ad obsequiū tuū facta nō sit ¶ Nunquid pr familias solus panē suū 9medit solus poclū suū bibit ¶ Nunq solus se vestimētis suis induit calefit aut igne suo ꝛ habitat i domo sua, tn oia p dilectoz ul p seruientoz famulatur eius nō merito dm̄ ¶ Sume igit illa q t fiunt ul tibi fuietibus uitia sit oia tibi obsequiū ipendunt

¶ Anima ¶ Sed me mouebat pdidisti porro q eradicasti et hoc ē qd 9rebam qd vnice diligens.

unica dilecta non sum, tu pignus amoris mei sit aliis concessum tua racio persuadet quod illa quidem singulariter mihi data credebam que in usu permixtim mihi communiter data videam. Ergo privilegium singularis amoris inde non astruitur cum cunctis hominibus non nullis aliquibus subiecta eadem esse videntur. Quare nec quod que omnibus conceditur sue dileccioni quasi singulariter ascribere permittitur. Est ergo specialis amor creatoris ad homines in quo quidem aliis creaturis ipsi non adiuncte aliquo (?) sunt neque de societate hominum quam allegas putas quod singularis amoris congaudere sed potius tristari cum multi impii in hac societate participacionis glorientur. Sic.

Homo. Non te conturbet quod bonis et malis usus temporalium communicatur. Ne credas bona et mala amari pari laudacione, non omnia sit ad finem que est bonitas instituta, quando omnia ad dictorum bonorum sint referenda. Et si mali homines cum bonis hominibus in bestiis et aliis communicent, hoc est ex permissione dei non disposicione, ut malorum vita conversacionem bonorum et equitatem exerceat, inde obruta viciorum distat a bonis delectacio pro sua salute. Sic non dispensavit racio dei ad nostre salutis augmentum et glorificacionis documentum, ut bonos mali exerceant et boni porcionem sibi suam credent cum malos in hys participare videant. Ergo non gravis quod mali te socient vel videantur participes consilegium amoris tui singularis, quia hoc ipsum divine salutis tue augmentum augmentat. Nec de societate bonorum congratularis cum superius dictum est hoc te solacium esse. Nec vita in hora corpore ducet contabescens. Sicut enim vita malorum tibi est exercicium, sic vita bonorum est solacium. Quibus tu beneficium impedere caritas que intus est non quod de alieno sed de proprio utpote tui amoris consortibus congratula, quia cum in eiusdem amoris consortibus dulcius affectus dileccionis expeditur caritatis gaudium et suavitatis ampliatur. Quia spiritualis amor tunc melior est vel sit singularis quia omnibus est quibus non participacione plurium minuitur, cuius frequens unus et idem totus in singulis recipitur. Nichil ergo privilegio amoris tui singularis societas bonorum prescribit, quia sponsus tuus in omnibus te diligit quos diligit propter te et propter hoc singulariter diligit te quia nichil diligit sine te, nec aliquem in amore plurium distrahitur qui perfectum themasim pariter sed singulis adest. Qui omnibus quasi non diligeret nisi unum singulariter, illi non maiorum dileccionis effectum impenderet. Ergo omnes unum unice diligat ut omnes unice ab uno diligatur. Quoniam non aliquis potest unum unice diligendo esse ab omnibus nec aliud potest unum unice omnibus diligere potest. Omnes ad in uno sunt qui unum diligat.

ut in unius dilectione unum fiat. Iste amor unicus est, non tamen privatus; solus, non tamen solitarius; participatus, non tamen divisus; quia et singularis et singulorum totus, nec participatione decrescens, nec usu deficiens, nec tempore veterascens, antiquus et novus; affectu desiderabilis, experientia dulcis, fruitu securus, et jocunditate plenus, reficiens et satians, nec umquam fastidium generans.

Anima. Ego affectionibus cordis tuis ardentius appetere hunc amorem incipio. Sane adhuc unum audire desidero, qualiter iste castitatis singularis sponsus quos diligit cum omnibus et effectu assit. Nam de affectu non dubito, sed hoc in affectu verum esse cognosco.

eius et tristitiam in consolationem
et lugubre letitia. Et
ecce subito venit nuncius
episcopi ipsam in Babenberg
revocantis. Cum enim mor-
tuus esset in Apulia illus-
trissimus ille Ludewicus
Thuringorum princeps vel lant-
gravius remanserunt cum
nobiles et viri honora-
ti qui cum eo profecti fue-
rant et involventes corpus
decentibus et fortibus pan-
nis honorifice tumula-
verunt. Peracta quoque peregri-
natione effossum corpus de-
coctione diligenti expoliatum est. Quo facto appa-
ruerunt ossa candida super
nivem. Que ille strenuus mun-
dissimis imposita et inclu-
sa et reverenter cooperta et
iumenti dorso imposita
translata sunt posuerunt quoque
cruce argentea gemmis
ornata utpote christia-
nitatis cultores et sui domini
fidelissimi amatores per totam
autem viam reditus sui quacumque
se civitate vel oppido
nocturno tempore receperunt cor-
poribus in ecclesia collocatis ora-
tiones et vigilias per totam
noctem a devotis et fide-
libus personis fieri procura-
verunt. Mane autem missa

celebrata et oblacione facta ab ipsis perfecti sunt sicut in locis aliis faciebant. Caruit enim civitas illo tempore kathedrali vel eciam conventuali. Habebat eciam terra pompam qua tunc prevenientia loci ossa contexerat pro anima defuncti remedio reliquerunt. Quales exequie! O fidelissimos et clarissimos viros talium exequiarum executores. Credimus unquam imperatorum vel principum aut ceterorum celebriorum huiusmodi exequiales.

Qualiter in Babenberg suscepti sunt

Cum Babenberg appropinquasset reliquiarum adventu Babenbergensi episcopo nunciaverunt. Tunc pontifex filiam sororis sue regine dei famulam Elyzabeth defuncti relictam ut occurreret et mariti quondam reliquias susciperet advocavit. Ordinavit autem viros prudentes pro honestate et consolatione dei famule ut omnes nobiles et digniores totius funeris eius assisterent lateri et eam ne deficeret confortarent. Processit itaque presul gloriosus cum religiosorum et cleri civitatis multitudine veneranda obviam tanto funeri orationes et cantus lugubres modulantes. Murmurant campanarum sonitus, ruit confluentes undique populus religiosorum ac cleri turba vocibus canora celestibus

ecclesiamque kathedralem prosequuntur, sancta N. et salubribus cum oracionibus pro defunctis.

Qualiter in aspectu ossium viri beata Elizabeth se habuit

Collocatis itaque ibi reliquiis ad aspectum venerabilis dilecte vidue reserata sunt scrinia et ossa revelata. Quanti tunc doloris et amoris in corde eius fuerunt fluctus scire potuit is qui novit corda omnium filiorum hominum. Ego puto quod renovatus est dolor, commota sunt viscera, contremuerunt ossa cum dilecti quondam ~~con~~ corporis compages dissolutas ossaque dissipata cerneret et dispersa. Tandem absorpta merore maeror dei respirante spiritu dixit: Gratias tibi ago domine quod ancille tue ingens quod habui desiderium in aspectu ossium dilecti mei adimplere et afflictam et desolatam animam meam dignatus es misericorditer consolari. Ipsum tibi a semetipso et a me in subsidium terre sancte oblatum non invideo licet eum dilexerim ex toto corde meo. Tu scis deus quod eius desiderabilem vitam presenciam cunctis tam in diebus huius mundi deliciis et gaudiis anteferre si ipsum mihi tua benignitas concessisses. Optaremque omni vite mee tempore in egestate et mendicitate vivere dummodo eius frui contubernio de tuo beneplacito licuisset. Nunc vero ipsum et me tue voluntatis dispositioni committo. Nec eum etiam si posse ad vitam vellem minimo capitis mei capillo preter tuum beneplacitum revocare. His dictis repressisque lacrimarum que fluminibus continuit se. Egressaque ecclesiam in quodam pratello consedit. petivitque ingredi ad se nobiles illos de thuringia peregrinos qui reliquias principis adduxerant preciosas cordi suo desiderabiles super aurum. Quibus ingredientibus regali illa femina reverenter et humiliter assurrexit. Serenataque facie excipiens eos assidere sibi faciens locuta est eis benigne iniurias suas ipsis interea et molestias quas pertulerat enarrando.

Qualiter de babenberg regressi in thuringiam venerint

Post hec episcopus cum eisdem nobilibus de recompensanda eius dote et commoditate et privatione eius condigna et honesta ordinanda diligenter et fideliter pertractaverunt. Omnia que iuris et honestatis sunt eidem ut potentes domine sue ordinaturos episcopo promiserunt. Alias autem episcopus ipsam eis nolebat committere deducendam. Igitur promissis acceptis et exequiis debita veneratione et devotione celebratis. Accepta ab episcopo benedictione et facta valedictione hii in sua et hii in thuringiam cum domina relicta et ossibus defuncti principis itinere prospero quamvis lugubri redierunt. Nunciata sunt hec in thuringia et commota est terra et factus est planctus et motus omnium magnus. Occurrunt autem comites et nobiles milites et de civitatibus oppidis et villis divites et pauperes utriusque sexus innumera multitudo. Venientibusque ad claustrum Reynhartisburne processit obviam monachorum religiosa et clericorum non modica congregatio et tanti funeris reliquias devotione congrua suscipientes cum orationibus solitis et lacrimosis modulationibus perduxerunt.

De sollempni receptione reliquiarum et sepultura Reynhartzburnen

Deinde vigiliis et orationibus et elemosinis missarum sollempniis et oblationibus et omnibus ad decorem funeris et salutem anime pertinentibus rite devote ac sollempniter consumatis nobiles illas ossium reliquias in sepulchro maiorum suorum venerabiliter condiderunt. Aderat autem ibi domina Sophia mater. domina quoque elyzabeth relicta henricus et Conradus fratres principis. Eratque luctus et meror om̄ quoꝝ tēstitia noluit qui solꝰ meroēm cōsideāt et dolorē Mortuꝰ ē aūt Anno dn̄i mͦ ccͦ xxviiͦ iiiͦ ydꝰ septēbris in tēr sicilia ciuitate q̄ dr̄ otrāc Tn̄slatis ꝯ ossibꝰ vt p̄dcm̄ ē seqn̄ti anno sepltus ē in cenobio monachoꝝ ordis sti bndicti qd vocat̄ Reinhartzburn vbi requiescat i pace dei Amen

Qualr̄ henricū frēm defūcti cū btā elizabeth adierūt ·:·

Post pacta vt dcm̄ est condignis exequijs tanti funeris sepltura et cultis in sua remeatibꝰ viri illi honorabiles et p̄cipui milites qui cū felicis memorie defuncto p̄ncipe peregrinati tcra egressi fuerant eiꝰ qꝫ ossa venerabilit̄ reducta cū debita reuerētia tumulauerūt relicta ipiꝰ dn̄am elyzabeth quā in sua fide susceperant cūdctes henricū frēm defuncti postomꝰ babeb̄rgesi epo fr̄e meōres adierūt hec aūt sūt eoꝝ noīa celebri ꝑ meōria retinēda Rudolfꝰ pincna de vargala Ludolfus de berlstede Hartungꝰ de erpha Waltherus de vargala viri vtiqꝫ omi prudentia p̄diti et honestate conspicui.

Qualit̄ reph̄ensꝰ frat̄ defuncti fleuit ·:·

Quoꝝ p̄mꝰ Rudolfꝰ vir pincna p̄ncipē iuuenclm̄ aliis astantibꝰ cetis qꝫ qui aderat aduocatus sic allocutꝰ ē Audiuimꝰ et ꝯsiderate sūt mētes nr̄e et opuit ꝯfusio vultꝰ nr̄os pro eo q̄ talis ite i honestas et i pietas ē īuēta Dn̄e dn̄e q̄ fecisti fr̄is tui mestissimā filiā regis nobilissimā quā ꝯsolari et honorare oportuerat sicut ea de hospicio et possessionibꝰ tanqꝫ turpē irreuerent̄ eiecisti et inopē et mendicā dereliquisti Pupillos fr̄is quos tua gubnare tutela debuerat a matre ꝓpt̄ inopia separi et elongari oportuit vbi tue fr̄ng affcꝰ Ecce sexus fragil vidua desolata mulier afflicta et exul potuit q̄ demꝫ tua seuicia nocē voluit proh dolor Deinde irritasti psonā tuā. i honorasti thuringiam cōfudisti famam tuā minuisti Et ne formido vindictā dei tre supuētuā nisi satisfeceris placando feminā tā btā Narrabat qui aderat qꝫ ta audacter ad principem virginem constantissime loquebatur. Sed venerabili merito probata virgo corripit inspicientes. Obstupuit miles dum hec diceret et resolutus in lacrimas flevit multum dicens: Doleo valde quod frater meus est iocz in orbis eius gloria in themata; omne quod desiderat soror mea Elyzabeth faciam et hoc fieri vere voluntatis arbitrio paratus sum pro viribus adimplere. Respondit pmcha: Hoc est domine omino tue nitm equitati si iram dei evadere et ea que lesa sunt cupientes reparare.

Quo cum sororio elizabeth mansit et recessit

Quoniam hec ad illustrem feminam per duos viros relata fuissent, respondit: Castra civitates oppida et terras quibus implicari et distrahi oportet nolo. Verum pro hiis que iure michi debentur respectu dotis peto exhiberi de gratia fratris mei, quibus uti habere et expedire ad notum michi libere liceat pro salute dilecti mei defuncti et pro anima. Dum hec memorabilis proferret femina, consursu sunt grebat nos que suptra. Aferebatur mentis eius intentio ad despectum caducorum, ad appetitum eternorum, ad elemosinas pauperum, ad misericordias egenorum. Cumque hec pertractata fuisset effectu mancipata, valefacto cunctis cum gratia et lacrimis commissique dei gratie ad sedes proprias sunt reversi. At venerabilis elyzabeth que diu cum sororio dignata est demorari, venientes eam exhibuit faciens ea benigne et honorifice procurari. Opera autem deo plena conquirentes huiusmodi commoditates et fastus prodi pum ac divitum de ignobilis et oppressionibus pauperum plexos pervenire seduxit se eligens magis affligi cum populo dei et inter plures computari quam delectis regalibus m esse. Accedit ergo ut in paupertate se pristina degeret et inopia premeretur.

De contemptu quem a nobilibus thuringie sustinuit

Videntes autem nobiles et magnati quod mundum et mundi gloriam sperneret et nollet, despexerunt adeo eam ut videre eam non aliquis dignaretur. Insultabat autem et infamabat eam multitudo insanam et fatuam eo quod serviti divitias abiceret proclamantes. Quorum blasphemias et contumelias tam leto animo et vultu hylari sufferebat in domino ita ut improperarent ei quod oblita mortis mariti gauderet cum lugendum magis ei foret, ignorantes miseri eam habere gaudium quod non datur impiis. Gaudebat plac-

mortis nō oblita tp̄al
mariti ꝗ meor sponsi
vite eterne xpī Gau
debat it blatoribꝫ stuēs
q i ꝑligim² diligētibꝫ.
Gaudebat et grās a
gebat qꝫ ipē notu cas
titatis digna hita est
ɔtucelia pati ab aatol
bus detrime voluptis
na si nube voluiss; op
tia queqꝫ hꝰ sẽli et po
cioēs pntis vite digni
tates diuicias et deli
cias incissēt Ast ipa
diuicijs tempaliū ꝓfe
rens imꝑiu xpī
et ꝓposito sibi gaudio
pelegit cruce ɔfusioē
ɔtepta Vendabat bm
ipam omēs pietatis cul
tores vta sapientes in
quorū erat virtus vita ꝫ
dns ppa Gᵉ ix aplicꝰ
eam scriptis ɔsolans
storolꝫ et exepla ꝓpo
nens et vita etna pol
licens ipam ad castitatis
pseuerantia et pacie
ɔstancia benigne ac pr
ne hortabatᵘʳ psonam
ipius et bona sub ptec
tioe recipiens sedis apli
ce speciali Qz etia ma
gistro Corado sacerdoti
deuoto et vito cora deo
et hoibꝫ approbato ea
sub lris diligenꝰ re
comedans eundē sibi insti
tuit defensore : Explit
libʳ quintꝰ Incipit liber sextus

Cui at famula ab oī
bus se pntibꝫ et
tremis ptꝫ auteꝭ et
soli deo placere et ad
herere cupiens ꝑfatum
viꝝ qui aucte super
ea aplicaꝫ accepdt.
de sui statꝰ ordinacōe
prudeꝭ ɔsultauit Iru
sinas at i alio monas
tica pfcoꝫ solitariaꝫ qꝫ
reclusoꝫ siue nō ꝫ alioꝝ
statuū meitu et ɔmu
neacoꝫ pelegit oibus
i corde suo ɔmoda pau
ptate et publica me
dicitate ɔ victu nccii
tati p noīe dnj petet
hostiati Arch aggᵉdie
dui dn amigro Cora
do ɔfessō cu lacrimis ꝫ
mlta hyliacōe petet
idignat et cu seueri
tate ea vir prudens
recudit nobilitati ꝫ im
becillitate prudens mlie
bri Videns q sacerdos
sue peticois itencoēꝫ
nō cedet i ferucē ewa
gelice obtepandi con
silijs dixit ad eu hoc
aggᵉdiar i qᵒ mi ɔt dicē
et aqᵒ me ptrahe nō
poteris pr strēs q nō
mortis diuitis ɔtrauet
Cu igi² dies passiōis
agentᵘʳ dmce an pas
cha erat xpī discipla
i quoda suo oppido i
quo viri sui religiosi
freꝭ minores qs etia
ibm locauedt hita
bat Die at pasteres

dum pro misteriis et memoria salvatoris pro nobis nudi in nuda cruce pendentis altaria nuda apparerent, magistro Conrado et quibusdam de predictis fratribus presentibus in quadam capella ponens super nudum altare manus sacratas voluntati proprie, parentibus, liberis et cognatis omnibusque huius mundi pompis renunciavit. Imitatrix Christi et divino se exuit et nudavit ut nuda nudum paupertatis et humilitatis gressibus sequeretur. Et cum possessionibus etiam renunciare vellet, retraxit eam pius et prudens magister Conradus nolens, ut de hiis que racione dotis habere poterat et mariti solverentur debita et ut egenis elemosina largiretur.

De transitu eius in marpurgk

Hiis ita gestis timens tumultum seculi et fallaciam non multo post de Thuringia in qua gloriose cum viro vixerat declinans in Mazburgk magistrum Conradum secuta est cum duabus puellis. Nec ibi quorundam emulorum suorum persecucionem qveniet manere posset, ad quandam rurensem villam se contulit. Et ne cuiquam esset honori, quandam desolatam curiam ingressa dum commodiorem ibi non inveniret locum, sub gradu cuiusdam caminate se recepit frondibus se protegens et obumbrans. Cibos ibi prout habere poterat preparavit, gracias agens deo. Solis ardorem, ventorum turbiosum insultum, fumi quoque molestiam eius oculis commissam cum gaudio sustinebat. Interim in oppido Marburgk constructa fuit ei de maceria luti et lignorum domuncula et habitaculo humilis, qua ingrediens ibidem cum suis in omni humilitate et paupertate morabatur.

Qualiter contemptum omnium orando a domino impetravit

Magister vero Conradus qui eam commissione apostolica erudiendam susceperat et regendam, de profectu salutis et sanctitatis eius sollicitus, contemptum ei temporalium persuasit et despectum omnium terrenorum. Cum dei famula considerans se suis viribus non posse perficere, quesivit ad dominum quod concupivit precibus impetravit. Ita cum oracionem devotam fudisset ad dominum, familiariter dilectis sibi pedissequis dixit: Dominus audivit oracionem meam. Et ecce omnes mundane possessiones et divicie quibus olim dilexi sunt a me tanquam stercora reputata. Proprios ex uteri mei dilectissimos pueros quos tenerrimo amplexu abar affectu ita velut proximum tueor deo teste. Ipsi eos optuli et committo ipse de eis ordinet et impleat sue beneplacitum voluntatis. In calumpniis quoque hominum et detractionibus malignorum mei quoque contemptu contueor et delector. Nullam creaturam sed solum diligo creatorem. O sublimem animam quam nec rerum cupiditas nec plus dulcedine nec contumeliarum acritudine potuit incurvare. O quam pura oratio et quam sincera devotio que tanta copie gratia meruit obtinere. O singularis caritas que tante virtutis magnitudinem opere prevaluit exercere.

De institucione hospitalis in Marburgk

Et quia caritas ubique in mente impleverat operari magna consuevit xenodochium instaurare cepit ubi infirma membra Christi colligeret in quibus ipsi Christo domino subveniret. Et ut ad remedium expeditam se et habilem redderet secularium indumentorum pondus et fastum abiciens humiliavit regum filia corpus suum utpote ancilla Christi humilem se ostendens persona. Suscepit itaque de manu magistri Conradi habitum humilem durum et abiectum cuius obscuritas in colore et vilitas erat in valore. Induta est veste consimili cum ea armigera eius Guta carissima puella devotissima et pedissequa fidelissima. Intendebat dei famula elyzabeth omni assidue exercebat opera caritatis et misericordie et quos paupertas debilitas vel infirmitas plus aliis oppresserat quosque devotio plus commendabat in suo hospicio colligens ipsis in persona propria humillime ministrabat. Cernens autem magister Conradus quod humiliores miserabiles et despectas personas mense sue apponeret reprehendit eam. Cui ~~amabili~~ illa ait acta vita recolligens dixit nichilominus se contraria contrariis sic curare asserens etiam de talibus se gratiam percipere.

De amocione familie dilecte

Intelligens igitur vir prudens discipulam Christi ad summe perfectionis culmen velle conscendere omne quod absque proposito retardare eam putavit amovere et quod promovere credidit studuit adhibere. Ideoque omnem familiam pristinam in qua delectari vel solaciari consueverat paulatim et sigillatim ab ipsa repulit quos singulos cum dolore gemitu quoque dimisit. Tandem venerabilem dominam Ysentrudim ei predilectam ab ea expulit a qua se cum multo cordis gravamine et infinitis lacrimis separavit. Et postremo Guttam quam ea ab infantia secum habuerat quam specialissime dilexit ab ea expulit quam etiam cum multis fletibus ac suspiriis dereliquit. Deinde et sacerdos sancti dei famula bona humane societatis solacio destituitur ut eius obediencie eius innotesceret constancia et adherendi deo soli prebetur copia. De paupertate magna quam sustinuit

Remansit autem paupercula Elyzabeth sola deo soli dedicata in humilitate et paupertate multa degens alimento et tegumento vilissimo sustentata. Illa cibos cum ancillis preparabat insipidos et insulsos ut potuit cum adparacione nec ars nec materia suppetebat leguminibus vel quibus oleribus sepe in simplici aqua decoctis contenta erat propter nimiam egestatem, et cum idem miserabilibus cibus eius neglectu adustiorum saperet pro hoc ancillarum correpcionem cum gaudio sufferebat. Si quando aliquid delectabile habere poterat hoc ori suo subtrahens pauperibus in eius hospicio manentibus ministrabat. De tenuitate victus et vestium vilitate.

Victum etiam manuum opere, velut consuetudinaria querere consuevit. Linum quidem filare nesciebat. Lanam vero de Aldenburg cenobio sanctimonialium sibi transmissam filabat. Accipiebat quam minus habere debuit in se ut poterat sustentavit. Hec de victu dicta sunt. De vestimento quid dicemus. Vestis eius vilis et aspera fuit, pallium eius coloris grisei quod breve fuit alterius coloris panno prolongatum fuit. Manicas eciam tunice ruptas alterius coloris panno huiusmodi emendatas panniculos quoque viles et abiectos cuiuscumque coloris panno huiusmodi et videns quosdam collectos assuens propriis manibus ut poterat lactuaz itendy laris coṽne restaurabat. Veteres quoque scissuras attriti amictus sui vestiens acum in puncta pannis vilibus obstruebat. Q. 7 revocata ad patrem redire renuit

Accidit eo tempore ut rex potens Ungarie pater huius paupercule Elyzabeth sollempne mitteret nuncium comitem virum Paviam nomine cum multo comitatu ut revocaret ad terram suam Elyzabeth filiam ipsius. Audierat rex gloriosus et dives quod filia sua quasi mendica vivens omni solacio esset destituta. At prefatus comes in Marburg oppidum cum suis veniens invenit dominam suam regis filiam sedentem ad colum et lanam filare. Et pre admiratione signo crucis se assignans exclamavit dicens. Nunquam hactenus visum est filiam regis lanam filare. Attep

tamē ac nobilis ille animꝰ
eiꝰ flecti ut ad parentē
et ad regnū vnde exierat
originē remearet Verū
illa paupertate xpi re-
galibꝰ priꝰ diuicijs et
thezauris exiliū pro dulci
natali presentis soli indu-
ci nō potuit ut cū diui-
cijs priꝰ ad terrā natiuitatis
rediret Cū illi in regi-
one sua reuersi sunt Ista
vero questuaria ad colū
suū residens apprehendit
iusti victū sibi manibꝰ
queritando Tantoqʒ studio
huic instabat operi quod cor-
poris debilis et infirma
lecto quod iacens lanā fila-
bat Cuiqʒ ancilla colū
de manibꝰ eiꝰ ut sibi p-
ceret rapiebat ne bi-
no esset odiosa Ad futurā
filatorū lanā trahendo
et dissipando manibꝰ p-
parabat Sicqʒ cū hijs
quibꝰ filabat egit fide-
liter vt aliquā a magistro Co-
rado ut veniret ysenach
amazburg vocata sti-
monialibꝰ de aldeburg
cū aliquanta lana priꝰ
quod acceptū ab eis nō-
dū meruerat remitteret
ne quid ultra debitū reti-
neret.

De humili ac dulci conuersatione cū ancillis

Porro quā dulciter et
humiliter cū domes-
ticis suis ancillis et
familia conuersata sit quis
enarrabit A pueritia
enim vsqʒ ad finē vite
sue cū simplicibꝰ et
humilibꝰ et pauperibꝰ co-
nuersatio et confabulatio eiꝰ
fuit Tandemqʒ postꝰ mu-
tatū habitū ab ancillis
suis que etiā omnino pau-
peres et degeneres erant
dominā se noluit appel-
lari sed simpliciter suo nomine
tantū sicut coequales vel infe-
riores conueniant voci-
tare Cū quibꝰ et cibos
coquere solebat sic consu-
mere faciens eas in mensa
ad latꝰ suū sedere et sua
scutella pariter manducare
Earū vna Irmen-
gardis nomine tantā hu-
militatē exhibicōz stu-
pens die quadā dixit
ei Tu domina tuū in nobis
meritū cumulas nostrū quod
periculū perpendere dissimu-
las que intumescere pos-
sumꝰ quod vna tecū come-
dimꝰ et in tuo latere resi-
demꝰ Ad hec ancilla
ancillarū xpi ecce inquit
oportet te in sinū meū se-
dere et fecit ipam Ir-
megardim in suo sinu
resedere Sicqʒ cū eis af-
fabilis et benigna vi-
sitabat tractabilis et
mansueta sermonibꝰ af-
fluens dulcibꝰ et iocun-
dis et nichilominꝰ vtilitate
fecundis neqʒ quam .n. susti-
nere poterat quod quisquā
ea presente verba vanitatis
vel indignacionis vel ire
proferret Verū si quē co-
rā ipa hoctenol vm
insonuit mox illud
zelosa auctoritate castigauit.

d. Ubi nunc dominus desertum loquentibus consuevit dominus sua presencia exhibere.

De indefessis exerciciis operum pietatis

Ibat quoque cum ancillis ad domos pauperum panes secum deferens panes carnes farinam aliaque victui necessaria que manu propria pauperibus largiens diligenter vestes et lectos eorum respiciens visitabat. Occulte anulos aureos et pepla serica aliaque ornamenta secularia vendendo distrahens egentibus ministrabat. et quociens pauperes desiderabat hoc illis studiosissime providebat. Nepe egro desideranti pisces cupiens satisfacere paratores suum invocans dominum ihesum christum ad fontem piscibus prorsus sterilem et aquam hausit et festinavit. Mox quoque ad hospicium reversa pisce sufficientem in vase reperit et infirmum refecit. Multa etiam miracula in vita sua per eam deus omnipotens dignatus est. Unde quia ipsa humilitatis cultui studuit exaltare. Mater quoque eius iamdudum miserabiliter ab ungaris interempta in sompnis ei apparens flexis genibus dixit. Dilecta filia ora pro doloribus meis quos adhuc pacior quia negligenter vixi potes enim. Evigilans elyzabeth surgit cum fletu oravit devote et iterum obdormivit. Adest mater denuo et gracias agens se asseruit liberatam dicens oraciones eius cunctis ea invocantibus profuisse. Interea pietatis opera ministra christi elyzabeth puerum paraliticum utraque parte orbatum continuo quoque fluxu sanguinis laborantem quem ter vicibus vel pluries de hac egritudine requisita brachiis sanctis noctibus deferens suis manibus sordes abluebat. Quandam mortuo virgine leprosam assumpsit. Cui in domo sua abscondite omne caritatis impendit officium ut non solum ad cibandum ei quoque sternendum et lavandum. Verum etiam ad discalciandum eam se mulier sancta regis filia humiliter exhibet. Quendam peregrinum amotum puerum pauperculum scabiosum nec pilos in capite habentem curandum assumens eius in lavando et medicando nescio a quo didicit curam gessit. Postea elyzabeth ancillarum christi humillima suis serviens ancillis ollas scutellas lavabat patellas ceteraque vasa coquinaria mundabat suis manibus et tractabat. Et ut horas iectu operis et simile liberius exercere potuisset ancillas de domo eo tempore mittebat. Quae regressae ipsam id agere vel egisse saepius invenerunt.

Alloqucio

Loquar nunc ad te confidenter. Dic nobilis et sancta femina et o elyzabeth. Quid operaris regis filia? Cur ignominiosa et humilia? Quae nitebaris in croceis, cur amplexaris stercora? Quae nunc spernis palatia et amena thuringia, responde obsecro. Noli mirari quod facio opera. Non ego operor illa sed in me manens dei gratia. Quae ago non sunt vilia sed dei mirabilia. Haec est sunt tormenta sed morum medicamenta. Cave ne dicas stercora quibus sustentantur pectora. Contempsi mundi palatia quaesitura aeterna caelestia. Elegi vitam quam reputavi despectissimam, et si foret despectior hanc praeeligerem, ut scirem quia per viam itur ad gloriam amplissimam.

Explicit liber sextus Incipit liber septimus

Post mortem serenissimi et illustrissimi principis felicis recordationis ludewici thuringie lantgravii relicta eius venerabilis elyzabeth aliquandiu ut predictum est pauperem gessit vitam et conversationem cum hylaritate multa et paciencia pertulit egestatem grandem. Magistro conrado mediante quem dominus papa Gregorius eidem dederat defensorem, a domino henrico fratre mariti sui quandam accepit dei famula pecuniae pensionem. Erat quippe idem henricus vir benignus et magistro Conrado satis subditus et devotus. Accepta vero fidelis dispensatrix et prudens non fodit in terra nec in sudario abscondit pecuniam domini sui, sed ad mensam dedit eam et tradidit ad usuram. Namque ut verissima discipula christi evangelicis edocta consiliis obedivit et omnia quae habuit vendidit pretereaque suae dotis immobilibus rebus petens et acceptans nobiles mobile pro morte se cognoscens de mobilibus sibi satagens aeterna et immobilia promovere. Iuxta evangelium vero domum dativa pauperibus iussit edicto de circumferentia oppidi marburg ad xii miliaria multitudinem pauperum convocari. Et ut in dispensando sit nulli quod precludat haec largitatis gratia certis locis et dies cunctis venire volentibus designat.

De larga elemosina una die distributa

Convenit igitur loco et die praefixo pauperum debilium cecorum et aliorum egencium infinita vtriusque sexus vndique multitudo Aderat viri et famuli robusti qui tumultum compescerent et turbam per loca disponerent ordinate Et ut vulgi ignobilis audacia et indigencium importunitatis auiditas stolida lex statuta est polita quod pena que si quis de loco surgeret vel aliquis preter dictum fratrem elemosinam iterato accipere presumeret capillorum detruncatorum confusibiliter sustineret Erat insuper persone fideles et ydonee in dispensacione huius ministerii constitute Preterea aderat multitudo non minima que videre venerat quod fiebat Horum omnium medio stabat regina gloriosa et mellita vultu placido corde iocundo ministrans in hylaritate tribuens in simplicitate Ibat circuita inter miseros consolatrix miserorum gaudebat in exercitu pauperum filia principis gratulabatur in advenis et pupillis hospitalitatem liberalis tribuens et distribuens prout destinaverat in corde suo non ex tristicia aut ex necessitate sciens quod hylarem datorem diligit deus Distributis itaque inter tot milia pauperum tot thezauris marcis videlicet quingentis una die redierunt ad loca sua domini in familia sua elyzabeth collaudantes Remanserunt autem nocte illa infirmiores et debiliores quiescentes in angulis et in sepibus hospitalis Quos videns pauperum miseratrix collegit precipiens ignem in longum parari coram eis panesque distribui quorundam quoque pedes lavari et ungi singulisque sex colonienses numos dari maioribus et pusillis Tunc repletum est gaudio cor eorum et lingua exultacione ceperunt quod cantare Quod audiens huius auctrix leticie gaudebat cum gaudentibus Dic obsecro quis umquam imperatorum regum vel principum aut ecclesiasticorum tam copiosam una die locoque in tot milia pauperum effudit elemosinam Vnde non est in hac prerogativa compar inventus similis illi Ideoque non immerito elemosinas illius enarrat omnis ecclesia sanctorum.

De conversione puelle que post precisionem capillorum

Eo ~~tempore~~ quo die quota larga quingentarum marcarum fuit elemosina distributa Contigit ut puella quedam capillis ornatissima tamquam statute legis prevaricatrix domine elyzabeth iudicio offerretur Que ne visa capillorum eius pulchritudine iussit eos continuo circumcidi Quo facto cepit adolescentula alta uoce emulare. Aderat quedam diuites ea in nocte ter punita venerat tunc elemosinam acceptura, licet sororem suam infirmam visitatura. quibus domina elyzabeth bn mg' p ea scīz hiis capillis choreas de cetero non frequentabit. que vocata ad eius presenciam, quesiuit si quem melioris vite propositum habuisset. Puella respondit: Dudum inquit domino in habitu religionis famulatum exhibuisse, si me non tantum cesariei mee claritas pulchritudo delectasset. Tunc quos ornabat ea cesaries vere cum absolone capillorum pulcherrimorum suspendio interiisset, nisi eam domina per famulam suam elyzabeth totondisset. Quo audito dixit elyzabeth castitatis amatrix plus igitur de tuorum gaudeo capillorum precisione quam de filii mei galusura fore in romanum imperium prouectione. O vbi nunc sermo regalis de fonte prodiens sincerissime caritatis. Assumpsit eciam piissima domina mutato seculari habitu in hospitali perpetuo famulatura.

De nimia elemosinarum largicione per magistrum Conradum restricta

Hys ita gestis residuum pecunie quam pro dote sua dei famula acceptauerat in opus celestis caritatis et mire studuit erogare. Dilatatum erat cor eius et manus aperta operi et palme extente ad pauperem. Unde consueuit non pro re et pauca sed liberaliter et multa miseris et egentibus elargiri. Quod magister Conradus conspiciens ipsam non sufficere formidans nimia liberalitatis effusione et prodigalitate interdixit, eo quod nil prius retineret quin pauperibus largissime erogaret. Adiecerat autem ei quasdam feminas austeras per quas multas oppressiones et cohercionibus sustinuit in paciencia ipse optime. Que etsi rigide se habentes ad ipsam et obseruantes facta eius ad magistrum eam frequenter detulerunt de obediencia non seruata, eo quod egentibus aliquid daret vel dari ab aliis flagitaret. Ac tanta non sic ab illis multa sepius verbera a magistro pertulit ita ut alapas in facie eius daret, quas tamen toto desiderio optauerat in memoria alaparum domini sustinere. In rebus arduis et difficilibus obedienciam voluntariam et promptissimam custodiuit. Ita ad loca quantumcunque distancia a magistro Conrado vocata sine mora cum veniebat amatissimis suis et intimis domine ysentrudi et sororum. Sed et ad ea quoque venientibus nec pro victualibus saltem quippiam dare nec audebat sine licentia salutare. In misericordiis autem pauperum obedientiam pristinam exhibebat. Prohibita namque ne plus quam unum nummum uni daret pauperi, sigillatim tribuit quod simul largiri non licuit. Nummorum igitur largicias interdicitur, panum loco conceditur. Verum sicut in nummis sic obedivit in panibus erogandis. Jubet tandem ne panes integros tribuat sed panis particulas tantum tradat. In quibus hiis exercebatur obedientia et probabatur misericordia. Cum prohibebatur elemosinas dare, leprosos et alios infirmos sordidos balneis lavare, egrotantium ipsa et languentium erat in visitationibus affectu et dolore compassionis intrinsecus cruciata.

De fervore et zelo erga animas infirmorum

At vir iustus videns quod fervore spiritus semetipsam non curaret, cuncta quoque terrena tamquam stercora reputaret, et timens teneritudinem nobilitatis eius posse morborum contagio inficiri vel corrumpi, a tactu et familiaritate arcebat, a tactu etiam et ab osculatione ulcerum prohibebat. Nempe circa horridos et fedos et omnibus abhominatos miseros inaudita asseritur et stupenda ferebatur spiritus vehementia et incredibili et miranda commanendi, contrectandi, procurandi quam studiosissima diligentia, prodigalitate et eius immoderata elemosinarum largitate, qui necessitatibus nichil retinere curavit, prohibuit. Singulis dei non pati se dignum indicabat quod talibus persona ori proprio detrahens deficeret aliis largiendo. Attamen hoc inspiracio divina mente eius docuerat quod sic propter Christum suum expandum deberet. Instabat tamen ministris in hospitali et corpora balneatis sternebat, in lectos deponebat et tegebat, dicens ad ancillas: Quam bene nobis est quod dominum nostrum sic balneis lavamus et tegimus. Cui una ex eis: Nobis mihi domina bene est cum istis, nescio si aliis ita bene. O res miranda et digne memorie commendanda. Ut illa scriptura loquitur, sororum quoque quanta tanta sedulitate tantaque familiaritate sordidissimorum infirmorum immundicias obsequiosis manibus contrectasse tamque indefesso corde omnibus omnibus operibus usque ad mortem insudasse. Merito proinde liquidius imparem specialis gratie prerogativa veluti. Tunc imperatores super omnia opera sic Itaque non solum corporalibus comodis sed et spiritualibus exhortacionibus studiose curavit cunctis prodesse fidelibus amonebat pie homines ne parvulos negligerent baptizare Infirmos ut sacramenta ecclesie requirerent et perciperent verbis et factis efficacissime inducebat Illa quandam paupercIam ut confiteretur amonens non proficit Iacebat enim misera sompnolenta et pigra Cum benigna dictis celatrix virgis verberavit et a sompno negligencie verberibus excitata ad confessorem induxit hiis et aliis pietatis experimentis iugiter intenta maiestati divine grata extitit et placuit mundi amatoribus displicuit apud quosdam eciam pios reprehensibilis apparuit nunc autem inter sanctos tamquam sol resplendet

De pietate quam pregnanti paupercule exhibuit

Quedam paupercula vicine partui nutrix pauperum elyzabeth hospicium et in ea iussit ob commodum puerperii Infantem baptizaret nomen suum elyzabeth imponi voluit Qualibet die matrem visitans benedicebat pasceret illa pie et dulciter integre firme mense Tandem cum a benefactrice sua accepisset pallium et calcios quos de suis pedibus exuit et parum lardi farine et xij nummos colonienses et puerorum matris que de pellicio famule sue tolli iusserat involutum sero valefaciens domine benefactrice recessit mane cum marito puerpero delicto ante matutinas uxor dixit misericordiis elyzabeth ancille sue Defer quas heri fecit preces paupercule illi quibus vtens confortetur Itaque veniens invenit puerum sine matre Cumque audiens piissima preces mox cito Affer puerum ne negligatur Itaque allatum commisit uxori cuiusdam militis Conradi ac cito in dicte civitatis precepit ut per diversas vias matrem pueri quererent Itaque non inventa dixit ad domina elyzabeth ancilla Ora ad deum ut ostendat matrem pueri Timebat enim magistri Conradi iracundiam vehementer et dixit domina Nostris petere non est voluntas dei fiat Et ecce post modicum vir egressus prostratus veniam petiit Mulier quoque adducta de ingratitudine et offensa graciam implorantes vtique manifeste professi sunt quod progredi non valentes tamquam coacti redierant ablatum autem a muliere mitta quod datum fuerat pallium quod collatum est devote virgini que mox in castitate se vovit domino servitura. Calceos vero dati fuit cuidam vidue. Conpassa tunc misericors Elyzabeth mulieri calceos alios dari iussit. Que recepto puero discessit. Vide nunc evidenter quomodo triumphat gratia de natura et super eam potenter excellit. Nonne consideras quod hec repleta gratia alienos parvulos ideo complecti et suorum natos viscerum a se abdicans oblivisci. Sepe parvulum uteri sui infantulum et sex mensium etatis habentem ne nimio eum amplecteretur affectu a se omnino elongari fecit occasione eius timens a spiritualium exercicio impediri.

De admiranda virtute orationis eius

Postquam de hiis que in plurimorum et miserorum necessitatibus sublevandis tanquam sollicita et laboriosa Martha misericorditer et benigna prefuit Elyzabeth, nunc ad considerationem spiritualium operum et donorum carismatum quibus unxit eam deus sua gratia et stilum pertranseamus quod eius meritis prestet spiritus sanctus. Quia vero placate contemplationis precedit labor iuste actionis materia de qua loqui intendimus speculationis humillimus studebat operibus et purissimis insudavit laboribus quibus dum vacabat frequentissimis et purissimis orationibus intendebat. Tanta vero orationis eius virtus extitit ut non solum spiritualiter verum etiam corporaliter sentiretur. Venit ad eam aliquando matrona nobilis Gertrudis de Leymbach visitandi gratia et cum ea adolescens quidam Bertoldus nomine seculariter indutus quem sancta contemplans Elyzabeth ad se vocatum dixit illi. Videris nimis indiscrete te habere et quare non servis creatori tuo. Respondit iuvenis. Domina mea supplico vobis ut oretis pro me ut dominus det michi gratiam suam serviendi ei. At illa. Velles ne ait quod ego orarem pro te. Et ille. Velle utique. Et ipsa. Oportet nos ut te ad gratiam dei habilites sic orando et ego pro te libenter orabo. Moxque provoluta genibus in loco competenti monasterii in werde ubi tunc erat cepit orare pro iuvene. Ipse quoque iuvenis a longe orationi instabat et cum utique aliquamdiu orasset cepit iuvenis alta voce clamare dicens. Domina cessate ab oratione. At illa fervencius instabat. Quemadmodum iuvenis aliquantum vociferari cepit dicens. O domina cessate ab oratione quia iam deficio. Nimio namque calore accensus iuvenis sudabat toto corpore et fumabat et brachiam totum quasi corpus hinc atque illuc tamquam iactabat. Cum domina ipsius servientes et due beate elyzabeth ancille attente tenuerunt eam. Et invenerunt eam in tantum incaluisse vestesque eius nimio sudore madidas. Sepius autem iteratis clamoribus tandem dixit: In nomine domini oro ut ab oratione cessetis quia iam igne consumor. Et que tenebat eam vix calore manibus poterat tollerare. Mox autem ut cessavit oratio refrigerata est. Accidit itaque hoc mirum anno ante mortem dei famule et iuvenis ille ad ordinem suum mox se transtulit sic attractus. Collegit hoc frequentius et aliis pro quibus ipsa dominum exorabat. Dixit ergo quod caritatis ardore ferveat que calore suo fluxum secularis concupiscentie siccat et ad amorem eternitatis inflamat.

De veneratione devotissima misteriorum et reliquiarum

Divinis misteriis et ministeriis cum omni reverentia adherebat tota corpore et mente. Sanctorum quoque gesta et festa religiose colens pietate venerabatur et sacras eorum reliquias condigno et dulci amplectens amore consuevit christiano more candelis ardentibus et thure accenso et devote et venerabiliter honorare nummos quos ad altare pro dei et sanctorum eius reverentia more catholico deferebat suarum laborum manuum acquirebat domini mente gerens. Cum ad quosdam religiosos paupertate professos venisset videns in ecclesia eorum sculpturas sumptuose deauratas turbata [illegible] assistentibus sibi dixit: Expensas has fructuosius in victui adhibuissetis et amictui cum hac necessitate ymaginum oportet nos in corde sculptas potissime retinere. Cum autem quidam coram ea de quadam pulchra ymagine utpote ei competente faceret mencionem respondit: Ego vero tale opus non habeo necessitate, enim eius in pectore meo porto.

De gratia contemplacionis in qua deum prestitit

Frequentius cum a pietatis opere vacabat orationi vel contemplationi ponens dei famula cum solitaria erat oculis manibus cordeque ad deum suspensis devotissime intendebat lacrimas fundens largissime numquam ut a flentibus assolet faciem deformabat fluebat tamquam de fonte vultu eius serenissimo et iocundissimo existente. Erat namque gaudens et iocundissima etiam in tribulatione adeo quod numquam visa sit moles-

tiam

tiam pati fulgebat in ea gustacio amabilis acno humilis humilitas contemptibilis affectio sancta cogitacio sincera · mundum corconscientia bona intellectus purus et simplex · fides non ficta spes invicta caritas perfecta vita immaculata contemplacio continuata Non distrahas nec mireris in hiis que audis luce non clarius cuncta patent Rapiebatur non in excessu et extasi mentis sed non erat in eius raptu rara hora et brevis · mora vero multa frequencia et persistencia diuturna siquidem per horas aliquot perduravit In illo itaque divino lumine consolata et informata intellexit et didicit unde tanta emanavit perfectio In non humane infirmitati influit quo in hac mortali vita prudenter fortiter temperate iuste que vivatur Ibique angelicas visitaciones visiones et allocuciones multasque revelaciones tam diebus quam noctibus habere meruit et tam omni studio exaltavit Ipsum quoque dominum ihesum faciem ad faciem multitudine sanctorum comitatum vidit se benignissime alloquendo consolante et appendo confortante Quamobrem cum a secreto contemplacionis veniret cernebatur facies eius splendore mirabili refulgere et quasi solis radiis ex eius oculis predebat Splendida quippe fiebat facies eius dum respiceret in eam dominus videtesque qui dignum erat claritate ipsius mirabatur valde Quamquam sic dictum est per horas aliquot rapiebatur in spiritum postmodum diutissime permansit quod nullo cibo corporali vel modicissimo pascebatur Reficiebatur namque intus invisibili mentis cibo Multa quidem et alia de hac electa sua dominus poterat et debuerat sed in omnibus fastidium mihi pluralitas est cavenda Nempe natalium eius generositate · conversacionis humilitate vite sanctitate mundi contemptu · paciencia adversitatum · largitate elemosinarum mirabiliumque operum et virtutum effectu vix aliquis sufficeret enarrare Hec autem breviter paucis verbis perstricta sunt ad utilitatem ecclesie ut laudetur in ea ihesus christus sponsus eius qui est benedictus in secula.

Explicit liber septimus Incipit octavus quomodo mortem suam predixit :·

Cum beata elyzabeth de erumpnis et laboribus huius mundi ad eternitatis gloriam transitura esset apparens ei in visu dominus vocavit eam dulciter loquens ei Veni dilecta mea in preparata tibi tabernacula ab eterno Jam udtur egrotavit vir dei magister Conradus de oppido marburg sacerdos quidam infirmitatis molestia torquebatur. Et intravit ad eum visitandi infirmorum consolatrix dei famula beata Elyzabeth. Cumque esset ut cum eo confabularetur, inter alia interrogavit eam sacerdos infirmus dicens: Tu mea domina et filia post mortem meam statum tuum pro omnibus ordinare. Cui dei famula de morte sacerdotis nil respondens, suum proprium obitum indubitanter predixit, quem spiritu sancto perhibuerit revelante. Et certe die tercia post hec verba egritudinem dei famula incidit, in qua ex hac luce subtracta mortem perdidit et vitam eternam adiit.

De egritudine extrema beate Elizabeth

Cumque per dies xii et amplius in egritudine dei famula laboraret, assidentibus eius lecto decumbentis, die quadam una ex ancillis eius ei consorta audivit quasi inter guttur eius vocem dulcissimam. Post pusillum quidem convertens se ad ancillam, iacuerat enim ad parietem versa, dixit: Ubi es dilecta? Respondit ancilla: Assum. Et adiecit: O domina, quam dulciter cantasti. Requisivit ergo ab ancilla si quid audivisset. Et dixit certa. At illa: Dico tibi quia inter me et parietem avicula quedam michi iocundissime cantavit. Cuius dulcedine excitata oportebat et me cantare. Tercia vero die eius obitum precedente iussit a se omnes seculares excludi personas, ut etiam nobiles qui ad eam frequenter visitandi gratia venerant ad se noluit intromitti. Requisita vero cur advenientes excluderet, circumsedentibus stratum suum dixit: Volo de extremo districti iudicii examine et de meo omnipotente iudice meditari. Post hoc dominica ante octavam Martini proxima post cantatas matutinas confessor eius prefatus audivit sacerdos verbum mundi cordis et pura conscientia nil recoluit quod non per veram compunctionem sepius fuit expurgatum. O felicem confessionem que non ad extremam vite horam deferre sua voluit prudencia.

De signis extreme devocionis

Completa confessione consuluit sacerdos quid de suis rebus et supellectili decernere vellet. Respondit: Omnia que iamdudum videbar possidere erant pauperum. Rogavit ipsum igitur ut omnia illis distribueret preter vilem tunicam in qua voluit sepeliri. Testamentum non statuit, heredem preter Christum habere.

noluit, sed non de propria funeris et exequiarum solempnitate cogitavit. Testabatur patris hereditatem inmarcescibilem, immortalitatis stolam, societatem angelicam et celestem quemvis habitatorem. His et filiis cum ingressu pertractatis, circa horam parum allata sunt ei veneranda corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, que plena fide et tota devotione desiderabat, sacramenta. Cuius sinceritatis affectione, quanta mentis puritate, quanto cordis desiderio et spirituali gaudio hoc sacramentum et Christum tunc accepit epulum, nullum estimare posse arbitror preter ipsum, qui in hoc ipso convivatore et viaticum ducemque quo peragebat itineris assumere digna fuit. Attamen que ex his etiam apparuerunt visibiliter hominibus pietatis indicia interioris gratie extiterunt certissima argumenta. Ex tunc quippe per totam diem usque in horam vespertinam devotissima permansit, utpote mense celestis particeps effecta et sanguine vine qui sponsus est inebriatissimo debriata. Erat illo die in eius ore frequens verbum necessitatis, et aspiciens omnes sumus sapientie loquebatur de operibus que in predicatione audierat, eructuans de corde suo bona verba, et lex clementie audiebatur et lingua eius loquebatur ex habundantia cordis sui, in quo beatas illas sorores

Mariam dico et Martham, in suscitatione fratris sui Lazari dominus Ihesus consolari dignatus est. Et tractans quemadmodum illis lacrimantibus collacrimatus flevit super mortuum, mediam habundantie suavitatis domini eructavit affectu et affatu. Quedam religiose persone que affuerant, audientes hec verba procedere in eius labiis, diffusa devotione accensi in lacrimis resoluti fleverunt. Quibus sancta dei ad mortem iam tendens Christi ad mortem euntis verba ore eius dulcia meditavit dicens: Filie Jerusalem, nolite flere super me, sed flete super vos. Hoc dicto subtiliter aperiantes. Tunc voces suavissime sine omni motu labiorum in eius gutture audiebantur. Cumque circumsedentes ab ea quererent quid hoc esset, responderet eis: Numquid audistis aliquos mecum decantantes? Hoc nulli fidelium dubitare credendum quin supercelestium agminum cum choro tu persolvanum suave ac mellifluum qui sonuit tam dulciter audierit armoniam cantans cum ipsis gloriam domini etc.

Deinde a crepusculo iacuit quasi exultans et iubilans eximieque devotionis signa preferens et ostendens usque ad gallicantum. Imminente autem gallicinio, tamquam iam secura in domino, assidentibus sibi dixit: Quid facimus si se nos.

tinnicus huam quemis dyabolus ondet. Cumque uno dicto post paululum alta et libera voce quasi demones repellens exclamavit dicens: Fuge, fuge.

De extrema expiracione:·

Audita autem post galli cantum elyzabeth dixit: Ecce instat hora in qua virgo peperit, et intulit ad presentes dicens: Nunc loquamur de deo et puero ihesu, quia instat media nox qua natus est ihesus et in presepio reclinatus, qui mundum novaque stella sua omnipotencia creavit quam numquam aliquis prius vidit. Huiusmodi loquens iocundissima fuit tamquam non infirmaret. Ait namque: Licet debilis sim, nullius tamen infirmitatis molestiam sencio vel dolorem. Hec dicens omnes sibi assidentes deo devotissime commendavit. Itaque per totam illam diem et noctem ut domine sanctissimis mentis affectionibus in deum elevata divinisque eloquiis et colloquiis semper inflammata tandem iubilando requievit et quasi suaviter obdormiens inclinato capite expiravit. Sicque a dolore mortis extranea occurrentibus et gratulantibus angelis et sanctorum choris ad regna evolavit syderea. Tuncque aderant eius familie aliique devotissime fere corpus sacrum cum reverencia componentes tunica sicut desideraverat induerunt. Quod a religiosis et clericis ac populo in capella cum canticis et orationibus et cum multis lacrimis deportatum est.

De exequiis tunc sacri corporis eius exhibitis

scripturam perscrutatur omnia que
deus in veteri testamento per da-
nielem abacuc ysaiam et
micheam et alios suos
suos prophetas in typo premi-
sit et ostendit hec idem deus
instante nouo testamento in hijs
⁊ cum hijs tribus regibus glo-
riosis principibus ex gentibus vir-
ginis misericorditer et totaliter
adimpleuit ⁊ consummauit
Sed ut ad propositum redeatur

Sequitur xvij capitulum

Posuit enim deus
hos tres reges et eorum
exercitum sicut abacuc in
momento de oriente in iudeam
perduxisse Sed sicut ipse ompo-
tens deus ut exinaniret semet-
ipsum et pro nobis in voluntaria
paupertate humanitate et
fragilitate fuerat natus tamen
ipse sua humilitate voluit
omnibus demonstrare miraculose
⁊ cum sua deitate ⁊ maies-
tate potencia omnibus in celis
et in terris gloriose

Sequitur xviij capitulum

Cum itaque hij tres
reges gloriosi quiuis
ex itinere suo cum suo exer-
citu expedicione ⁊ comita-
tu ciuitati iherusalem ad duo
miliaria appropinquassent ⁊ tunc
nebula densa ⁊ caligo
tenebrosa per vniuersum coo-
peruit et in ipsa nebula
et caligine stellam amise-
runt Unde dicit ysaias
Surge illuminare iherusalem quia
venit lux tua ⁊ gloria domini
super te orta est quia ecce te-
nebre cooperiunt terram
et caligo populos Et cum ipsi
tres reges ut supra dictum est
quiuis cum suo comitatu ex-
pedicione et exercitu ex
speciali itinere prope iherusalem
venissent Et tunc melchior
rex nubie ⁊ ara-
bie cum suo exercitu primus
iuxta iherusalem venit ⁊ iuxta
montem caluarie super quem
postmodum cristus a iudeis
in nebula ⁊ caligine rese-
dit nutu dei Et erat tunc
temporis mons caluarie rupis
per se circa vij gradus altus

super quod constellati plectebatur et intricabatur. Et in ipso huius monte erat trivium. Unde ibidem propter nebulam et caliginem et vie ignorantiam Melchior cum suis remansit nec ultra plus processit. Et postea per multos annos cum venerabili Helena ipsum montem Calvarie et sepulchrum Christi et alia loca sancta in una comprehendit ecclesia. Extunc presbyter Johannes per multos annos et alii principes de regno Nubie quo Melchior erat rex ex hac rupe durissima montis Calvarie parvam capellam laboriose exsculpere fecerunt quam in honorem dei et sue matris Marie et trium regum dedicaverunt et consecraverunt in memoriale sempiternum. Et illa capella pertinet solummodo christianis de regno Nubie qui ibidem Nubiani vocantur et illis est solummodo specialiter deputata et vocatur ibidem capella trium regum Nubianorum in presentem diem. Sed nunc Saraceni ianuas ipsius capelle lapidibus obstruxerunt et illa capella est subtus monte Calvarie excisa. Ceterum postquam Melchior rex Nubie et Arabie cum suo exercitu in ipso monte Calvarie in nebula et tenebris parum resedisset extunc in eadem nebula et caligine Balthazar rex Saba et Godolie cum suo exercitu venit ex itinere speciali et in ipso monte Oliveti in villa parva que ibidem Galilea vocabatur resedit in tenebris et remansit. Et de eadem parva villa multum loquitur evangelista et sacra scriptura nam in ea apostoli et discipuli ante resurrectionem domini et post propter metum Iudeorum ex civitate Iherusalem se secrete convenire consueverunt et in ipsa parva villa dominus post resurrectionem suam discipulis suis sepius apparuit. Unde dicit scriptura precedet vos in Galileam ibi eum videbitis. Et plurima alia de hac villa sacra narrat scriptura. Sed est alia terra que est principatus que etiam vocatur Galilea et distat ab Iherusalem ad tres dietas vel circa. Sed ut ad propositum redeamus. Re. xvi. capitulum

Cum itaque hii duo reges Melchior et Balthazar in loco superdicto in nebula et caligine et tenebris subsistebant extunc paulatim nebula sursum ascendit et stella non apparuit. Unde cum se prope civitatem esse vidissent extunc quilibet rex de alio ignarus adhuc cum exercitu suo viam versus civitatem arripuerunt. Et dum venissent ad trivium in ipso monte Calvarie extunc Caspar rex Tharsis et insule Egri-

Senwa cum exercitu suo supervenit et utique hii tres reges gloriosi cum omnibus exercitibus eorum et expeditionibus communis de tribus et regnis suis ex omnia speciali in hoc trivio convenerunt. Et licet unus numquam alterius personam vidisset tamen in osculo et amplexu mutuo pre gaudio ruebant. Et quamvis diversarum essent ydeomatum et linguarum tamen unicuique videbatur quod alter sua loquela loqueretur. Et tunc unusquisque causam sui itineris exposuisset et in hiis ~~omnibus~~ omnia concordassent. Ex tunc multum letabres et ardentes in eorum negociis sunt effecti. Et ex tunc nebula et caligo totaliter abcessit et itaque ex inopinato et improvisa orto iam sole civitatem Jherusalem intuerunt. Et cum ipsi tres reges audissent quod illa esset civitas Jherusalem regalis quam antea alii predecessores eorum et Caldei sepius obsiderunt et destruxerunt multum sunt gavisi sperantes in ea regem Iudeorum natum esse et invenire. Sed de tam forti et inopinato et valido et improviso ipsorum introitu Herodes et universa civitas est turbata et commota nam tantus eorum erat exercitus expeditionis et comitatus quod eos intus civitas capere non poterat. Sed pro maiori parte extra civitatem manserunt et circa eam qui obsidione circumvallaverunt et totaliter concluderunt. Unde inter alia ait Ysaias: Fortitudo gencium veniet tibi. Inundacio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Effa. Et omnes de Saba venient aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaoth ministrabunt tibi. Unde est sciendum quod prout est supra dictum quod ipsi tres reges omnem expeditionem suam et multitudinem pecorum diversorum prout in partibus illis est consuetudinis secum fecerunt et quibus arietum Nabaoth in partibus illis adhuc undique quamplures permanserunt et sunt magni arietes quam omnem pinguedinem quam alii arietes in posterioribus corporis intus habent hanc pinguedinem ipsi arietes Nabaoth habent in cauda et quasi parum vel nichil habent in corpore et latitudo ipsius caude extendit se in ipso latitudinem corporis et longitudo ultra medietatem crurium posteriorum. Et aliquando reperitur talis aries qui cum est excoriatus quod cauda plus ponderat quam reliqua pars corporis vel medietates eius. Et ex istorum arietu gñe deueniūt arietes silvestres qui sunt multu magni et pingues et fortes hñtes magna cornua grossa et pilosa ut capriolus et maioris turmis insl incedut et venat̄ et ~~currunt p medium~~ ~~p maiori spaciu~~ capiunt̄ cu canibz et leopardis et du venat̄ et currunt p nsu p maiori spaciu audiunt̄ s̄z du d canibz et leopardis tenet̄ p eis se nl monet nl defendut licz sint multu fortes Sz ut ad p̄positu redeat̄

Sequit̄ xvj · Capitulum

In diebus illis cum itaqz hij 3^b reges ut dictu e cu exercitu iherusale intrant tunc herodes erat ibi p̄ns iherosolimis et erat ibi a cesare et romanis rex iudee constitutus etate annosus et tunc hij reges de rege iudeoru nup nato ab oibus i ciuitate querebant et interrogabant ubi ait euangelista. Cu natus esset ihus in bethlehem i diebus herodis regis iudee

Sequit̄ xvij Capitulum

De hoc quare isti tres reges p̄o iherlm qua bethlehem venerut multi libri diuisimode declarat et exponunt de quibz q̄ plurime cause sunt scripte de quibz p singula longu esset enarrare Sz int cetera causas erat una q herodes et ciuitas post introitu ipsoru triu regu fuit turbata qz videbat ipsos reges sic et exercitu eoru desiderante et caldea qui ex p̄missione diuina ipam ciuitate ab antiquo sepius et terra iudee depilierat et destruxerunt et eius reges fuerat p̄secuti q hij rege iudeoru nup̄ nouiter et breuit natu ex remotissimis terris et longinquissimis ptibz orientis et caldee adorandu puenerat et qz herodes erat p̄selitus et alienigena a cesare et romanis rex iudee positus et de eius exercitu herodes et iudei timuerunt et de eoru rege nouit nuper nato q alij reges adorare venerunt no curauerunt Sz maior causa fuit q ipi 3^b reges amissa stella ex prudencia diuina iherlm ex improviso coacte intrant qz iherlm fuit ciuitas regalis et reges inde actu se in ea habitaunt et doctores in lege et scribe i p̄phetis et scripturis et p̄cia ium p̄ntes fuit et ipi iudei et scribe natum regi dni et eius natiuitatis locu predicetes nullaz de incepto posset p̄tende nl hre excusacom ad eoru p̄sidiam ab oibz detestanda et fide gencium roborandum. Nam Gregorius in omelia sic ait: Iudeus profecto sicut Ysaac cum Iacob filium suum benediceret presignavit, qui caligantibus oculis prophetizabat, in presenti filium non vidit cui tamen in posterum multa providit, quia nimirum Iudeorum populus prophetie spiritu erat plenus set cecus, quia eum de quo in futuro multa predixerunt tunc in presenti partu non cognovit. Hunc proprium natum despexerunt quem ante nasciturum longe prescierunt. Et non solum quod nasceretur prescierunt, sed etiam locum ubi nasceretur Herodi demonstraverunt, ut ipsa eorum scientia fieret ipsis in testimonium dampnacionis et nobis in adiutorium credulitatis. Et ut ad propositum revertamur.

Sequitur xviij capitulum

Cum itaque tres reges de loco nativitatis regis Iudeorum nuper nati per Herodem, scribas, doctores Iudeos plenius certi et cum eorum exercitu et expedicionibus ab Herode et Iherusalem recessissent et civitatem egressi essent, tunc more solito et priori itinere stella eis apparuit et eos sic precedens usque in Bethleem antecessit, que distat ab Iherusalem ad duo parva miliaria illius patrie. Et in ipso itinere iuxta eundem locum eos pastores quibus angelus domini cum multitudine celestis milicie et magna claritate nativitatem domini annunciavit invenerunt. Hos pastores iidem tres reges cum eorum exercitu transierunt, et ipsi pastores cum vidissent stellam statim accurrerunt et dixerunt quod illi fulgore et claritate ipsis angelus apparuit qui ipsis nativitatem domini annunciavit, et omnia que ipsis ab angelo dicta fuerunt et quod Ihesum dominum in Bethleem viderunt et audierunt et acta fuerunt per omnia narraverunt, que ipsi reges et eorum exercitus avide et libentissime audierunt. Et verba diligenter consideraverunt et ex verbis et testimonio pastorum multum sunt gavisi et de allocucione stelle et voce ex ea audita iam penitus nil hesitabant. Volunt enim quidam libri in oriente quod vox ex stella fuerat etiam vox angeli qui tam pastoribus et ipsis regibus nativitatem domini annunciavit, et dicunt etiam Iudei in oriente quibus quod credatur inter Iudeos quod angelus qui filios Israel post egressionem de Egipto cum columpna ignea precessit, quod idem angelus cuius vox ex stella audiebatur etiam cum stella ipsos tres reges antecessit. Nam cum ipsi reges itaque cum pastoribus loquerentur, stella magis ac magis in sua claritate fulgebat. Et prout ait Fulgencius in suo sermone: hee due partes, scilicet reges et pastores, sunt due partes que ex diverso venerunt et lapidem qui factus est in caput anguli unitate fidei agnoverunt; una pars venit ex Iudeis, altera ex gentibus longe a se.

diuisa erat quando diuisa credebat porro autem in medio lapis angularis qui se ad utrumque pariete adducens utrumque uno nomine nuncuparet scilicet quod unum nomine vocabulis qui erat in una gratia sacramenti per xpm et qui est pax nostra faciens utrumque iudei et gentiles fideles unum. Ad lapidem quoque angularem utrumque paries et vero angulum veritatis fidei fecerit horum parietum unus adductus est quando pastoribus iudeis xpm natum angelus nunciavit. Et alter paries adductus est quando gentilibus novum sidus apparuit. Illi scilicet pastores fuerunt primicie iudeorum et isti scilicet tres reges fuerunt primicie gentium et isti pastores de prope sunt adducti et isti scilicet reges remote et longe sunt reducti. Prope erat enim iudeis qui xpm colebant et longe erat gentibus qui ydolis serviebant. Hoc utique significabat iudei pastores qui nascente xpo sunt prope inventi et magi de longissimis partibus orientis sunt adducti qui tamen vincentes legis iudei non erant tamen regem iudeorum professi sunt et xpm ad adorandum venisse dixerunt prout dicit ewangelista.

Sequitur xixm Capitulum

Cum itaque hii tres reges cum comitatu eorum et exercitu a pastoribus datis eis muneribus recessissent et in Bethlehem se esse cognovissent. Sed tunc se regalibus vestimentis et aliis ornamentis prout nobilius et honestius poterat se diligenter preparabat et iterum eos stella precedebat et quantomagis Bethlehem appropinquabat tantomagis stella in sua virtute fulgebat et sic eadem die hii tres reges a Ierusalem hora prima recedebant et post tunc in Bethlehem hora quasi sexta perveniebant et per plateam de qua supra dictum est que ibidem platea cooperta vocatur transierunt in cuius fine erat tugurium et spelunca in qua xpc erat natus et stetit super aream que erat ante tugurium in quo panes vendebant. Stella stetit immobilis et infra muros lapideos et fictiles qui adhuc ab antiquo permanserunt per modicum intervallum stella cum tali et tanta claritate et fulgore se dimisit quod omnia in tugurio et spelunca fuerunt illuminata et iterum mox in aere sursum ascendit et super locum immobilis stetit. Sed splendor eius in medio in spelunca remansit. Et prout ait ewangelista. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius et procidentes adoraverunt eum et apertis thezauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirra. Et exinde venit in consuetudinem in partibus illis quod nullus vacuis manibus et absque osculacione terre ante pedes soldani uel alicuius regis in oriente ipsis loqui potest in presenti die vnde fratres ordinis mendicancium ipsis offerunt in tribus et cistinis eorum poma et pira allegantes quod aurum et argentum non possunt possidere et cum magna reuerencia et humilitate a soldano et aliis regibus xpianis et gentibus reuerenter recipiuntur et sumuntur Sed ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxm Capitulum

Fulgencius inter alia sua narrat in sermone quod istorum trium regum munera in vno eodemque xpo diuina maiestas et regia potestas et humana mortalitas designatur et intimatur Thus pertinet ad sacrificium Aurum ad tributum Mirra et ad sepulturam mortuorum Et omnia hec sancta fides offerre non desinit dum vnum eundemque verum deum verum regem verumque hominem credit et ipse deus qui sibi in veteri testamento primicias offerri precepit idem deus homo natus primicias gencium suo cultui dedicauit Sed ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxjm Capitulum

Ipso die quo itaque hii tres reges in bethleem dominum quesierunt et adorauerunt et sibi munera obtulerunt erat ihesus in humanitate infantulus in etate xiij dierum et in humana persona secundum suam etatem erat aliquantulum pinguis et in panniculis pauperibus usque ad brachia in presepe in feno iacuit inuolutus Et maria mater eius prout eciam in aliis et pluribus exemplis et libris reperitur erat in persona carnosa et aliquantulum fusca et in qua presencia eorum trium regum tunc pallio blaueo fuit cooperta quod clausum ante se manu tenebat similiter et eius caput excepta facie panno lineo fuit totaliter circumuolutum et super presepe sedebat et manu dextra caput infantuli ihesu leuabat Et postquam ipsi reges terram ante presepe et manus infantuli humiliter fuerunt osculati ex tunc munera sua infantulo ihesu deuote et reuerenter obtulerunt et ipsa munera iuxta caput infantuli et gemmas sue mitris in presepe deuote posuerunt et quid de ipsis muneribus postmodum factum fuit inferius audietur Erat autem melchior rex arabum et nubie qui domino aurum obtulit tunc minor in persona et balthazar rex godolie et saba qui domino thus obtulit erat in persona mediocris Et iaspar rex tharsis et insule egriseuwe qui domino mirram obtulit erat in persona maior et ethiops niger de quo nulli dubium habetur alia eciam ait propheta Coram illo procident ethiopes et inimici eius terram lingent veniet ad te q detrahebat tibi et adorabut vestigia pedu tuoz. Erat et hij 3s reges et eoz exercitus sim statura hoim tc tpis reliquoz ipsoib z statura mltu pusilli ita q oib ppls miabat et ho testio ipis phibuit de remotissimis et longinquissimis ptibus orient et finibg tre illuc puenisse. Nam quato magis cuiq ortu sol tato magis minores z debiliores ac teneriores nascut hoies. Sz herbe sut calidiores et meliores z aromata nobiliora z melida. Et spates et huigi vermes pilosi sut venenosiores longiores z grossiores et oia aialia z volatilia silvestria z domestica sut maiora z maiora. Na dicut Indi z alij hoies qui de ptibg orie ti ihrlm et alias cta ptes ca pegriacois ul mercimonioz seu delectacois cocti et frequet pueniunt q in ptibg et regnis istoz triu regu i ortu diei et aurora solis cu tli et tato strepitu z fragore et horribilissimo sonitu sol oriri audiat q nisi qs sit cosuetg nllg possit tollerare z ult illas tras et ptes nascut hoies mltu pui q p sonitu firmati nascutur surdi et p signa emut z vendut tal opantur et sut hoies in tpalibg mltu astuti et ditissimi mercatores et tres hoies et cplures alij hoies rari ad ptes regni indee syrie et egypti frequet pueniut de qbg singla longu esst enarrare. Sz ut ad ppositu redeat.

Sequit xxiij^m Cap^m xxi

Est sciendu put etia sup dcm z q hij 3s reges de regnis ipoz qmplima z ditissima z nobilissima munera z ornamta more regali ad offerendu dno secu supportavit vltz oia ornamta que alexander philippi macedo in caldea India psde reliqs et oia ornamenta que regina saba in templo salomonis obtulit et vasa cocupiscibilia de domo regis z templi dni i ihrlm que p caldeos psas in destructione iherusale in tra eoz fuerut portata z tnslata et qmplima alia ornamenta q i auro z argento ac gemmis ac margaritis pciosis q hij 3s reges de tris eoz ad offerendu dno secu supportavit et magnifice detulert. Sz cu infantulu ihm in psepio z feno positu paupie invenerut put ipis etia pastores i via retulert ut dcm e stella itaqz intpietes an spelunca qua xpus fuit natus se diuisit per tugurium et speluncam splendore et fulgore steterunt qui in camino ignis. Et exierunt hii 3 reges de dromedarijs et equis eorum multimode ornatis descendentes tanto timore et tremore fuerunt perteriti et grauiss q de omnibus ditissimis et nobilissimis ornati ornamentis que secum ad offerendum domino detulerant et thezauris suis tunc apertis nichil quod nisi quod vnusquisque sibi primum ad manum eius peruenit recepit viz melchior rex nubie et arabie sumpsit xxx denarios aureos et paruum pomum aureum sic manu includi potuit infantulo ihesu deuote obtulit. Consequens rex Balthazar rex godolye et saba thus obtulit sic ad manum eius peruenit et deinde rex Jaspar tharsis et insule egrisoulle obtulit mirram latinose et tanto terrore erant hij 3 reges perteriti et tam deuoti ardentes in oblacione effecti q de omnibus que ibi q ihesu Beata virgo protulit que nil considerabat Sed quod vnumquemque regem offerente inclinato capite humiliter dixit deo gracias. pomum autem aureum quod melchior obtulit rex cum xxx denarijs quondam fuit Alexandri magni et non fuit maioris quantitatis quam totam manu includi potuit mundum significauit quod ex omnibus pluribus auri omnium tributorum mundi et omnium prouinciarum mundi conflatum fuerat et ipsum postea in manu portauit et velut sua potencia totum mundum in sua potencia conclusit et ipsum pomum in India et alijs ditissimis ornamentis permansit quod de paradyso terrestri venisset fuit et horum trium regum munerum interpretacio et significacio et exposicio in multis libris diuisis de exposita per doctores et declarata Sed quare rex melchior pomum aureum obtulit diuisum non recepit ab aliquibus Nam propter pomi rotunditatis immensa significacio est ipsi soli Nota quod sicut aliquid rotundum est absque principio et sine fine spera mundi concludit vniuersitate et altitudine celi et nouissima inferni sua potencia volubilitate et velocitate circuit et fines terre et qui velut quoddam rotundum est mobile prima paraon Sed illo tempore crescente fide xpiana et religione primo in oriente deinde per imperatores et ~~reges terre~~ postquam hoc per reges peruenit in consuetudinem quod hodie significacionibus imperatores et reges terre specialibus temporibus in manibus ferunt pomis aureis in presenti die Ceterum de auro thure et mirra que ipsi 3 reges domino obtulerunt plurimum libri diversimode loquuntur. Nam aliqui libri continent quod aurum fuisset oblatum ad Marie et infantuli inopiam sublevandam et thus propter fetorem stabuli et mirra ad vermes infantuli depellendos. Unde est sciendum quod in omnibus partibus orientis est consuetudinis ut dum soldanus vel aliquis rex christianus vel sarracenus aliquam suam civitatem vel villam intrat vel pertransit extunc ante omnes domos per vias ab hominibus thus vel mirra accendunt quilibet secundum suam facultatem et quicumque non facit punitur ut rebellis. Ad quod magna diligentia adhibetur. Unde thuribulis positis et accensis in oriente significat subiectionem prestitam et debitam obedientiam et assensum et consensus personarum in deum vel ydolum vel regem in presentem diem. Unde in seculo ab antiquo martires non tantum cogebantur adorare ydola quantum ad ponendum et accendendum thura et adhuc sarraceni non requirunt tantum a christianis renegatis in templis eorum cum ipsis adorare quantum quod thus in templis eorum sub ipsorum expensis spontanee thura ponant et accendant. Sed ut ad propositum redeamus.

Sequitur xxvij Capitulum

Licet omnipotens deus in nostra fragilitate et humanitate sic exinaniret semetipsum pauperius propter nos ~~sco~~ sunt natus tamen his omnibus trium regum muneribus non indiguit ad aliquam inopiam sublevandam. Quia ipse dominus est et omnia sua sunt. Nam pomum aureum oblatum per Alexandrum tam potenter congregatum et arroganter conflatum dum ipsum Melchior Ihesu infantulo obtulit et statim tunc in momento ad pulverem et favillam contritum et ad nichilum redactum. Nam sicut in typo lapis sine manibus abscisus de monte abscisus et statuam horribilem quam Nabuchodonosor vidit in sompnis comminuit et in favillam contrivit et ad nichilum redegit. Sic ad instar infantis ipse lapis id est deus tunc de virgine sine complecte cum manibus qui posuit potentes de sede et exaltavit humiles ipsum pomum quod universum signat mundum sua humilitate et potentie magnitudine in momento oculi contrivit et ad nichilum redegit. Ceterum quid de aliis muneribus trium regum factum fuerat inferius audietur. Sed ut ad propositum redeamus.

Sequitur xxviij Capitulum

Postquam ipsi tres reges dominum adorassent et sibi munera obtulissent et sibi omnia ad que de oriente dominum consumpsissent gloriose perfecissent

Sic tunc statim ipsi tres reges et eorum exercitus equi et animalia et alia eorum iumenta qui ibidem ex remotissimis et longinquissimis finibus terre orientis per omnem viam et absque aliquo cibo et potu et pabulo pervenerant extunc more suo et mortalium et humano esurire et sitire et dormire ceperunt et per totam illam diem in bethleem et aliis circa locis quiete et solacio sederunt ut cum omnibus ceteris que de finibus terre et de extremis mundi partibus eos stella miraculose duxerat humiliter obtulerunt et exposuerunt ut iudeis maior confusio et gentibus maior credulitas et inde consolacio oriretur. Sicut dicit ewangelista. Et accepto in sompnis ne redirent ad herodem responso per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Et extunc stella que eos prius precedebat ultra non apparuit. Sed revertentes ad terras et ad regna sua humano modo hospitia die ac nocte in via capiebant et ipsi tres reges qui ex tantis viis et longinquissimis suis terris et regnis remotissime distantibus miraculose ex improviso convenerunt tunc in unum ad terras et regna sua insimul redierunt et per omnes terras et regiones et provincias per quas olim holofernes cum suo exercitu et expedicione ab oriente et caldea transivit et in iudea pervenit per has terras et vias ipsi tres reges cum exercitu et comitatu de iudea in oriente et caldea sunt reversi et cum tali et tanto exercitu et comitatu et expedicione per has terras et regiones eo in primis transierunt quod omnes homines illarum provinciarum et regionum secundum auditum antiquum et relatum putabant holofernem iterato transire. Ab omnibus villis et civitatibus et universis populis benignissime sunt recepti in quibus omnia que viderant et audierant et que ipsis acciderant post egressionem terrarum suarum omnibus humiliter predicabant et ad quecumque loca pervenerunt omnibus populis more regio benigni et benefici fuerunt. Unde eorum humilitatis et meritorum fama a iudeis in omnibus ipsis terris et provinciis numquam aboliri. Et de omnibus cibariis et necessariis que de terris et regnis suis secum susceperant tanta ipsis quod eorum exercitui et quod eorum equis et animalibus et iumentis quousque ad predictum montem vaus et ad terras et regna sua pervenerunt penitus nil defecit. Sed sani et incolumes cum omnibus suis ad propria sunt reversi. Sed via quam de tribus regibus ipsorum in xiii diebus stella duce perfecerunt in ipsa via per biennium in reditu per doctores et interpretes laboriose permanserunt et ipsi et alii homines scirent distantiam inter operationem divinam et humanam. Ceterum herodes et scribe et seniores ipsos per multa via sunt secuti et universam terram quam transierant et specialiter tharsensis cilicie cepit et philosophos ipsorum decollare et eorum civitates et multa perdicare. Et quia herodes ipsis tharsensibus ex invidia culpam imposuit quia ipsos fluvium scilicet transire permiserunt eorum naves combussit et tota terra que sub eius fuit potestate per quam transierant multum destruxit. Ceterum herodes seniores et scribe et iudei ipsos reges fuerunt secuti quia ab omnibus audiebat quomodo miraculose per omnes terras die ac nocte cum magna claritate et luce precedente stella duce miraculose in xiii diebus absque aliquo impedimento transierunt. Et quomodo laboriose stella amissa per doctores et interpretes recesserunt. Nam gentiles et gentes per quarum terras et civitates et loca ipsi reges et eorum exercitus et comitatus in eorum exitu transierant cum maiori admiratione plene narrare non sufficiebat quomodo miraculose die ac nocte per eos et eorum terras et loca et regiones transivisset. Et de hiis omnibus alii iudei qui in ipsis terris et locis inter gentiles habitabant dispersi causa herodi et senioribus ac scribis et aliis undique iudeis in templo et libris et ipsis per omnes detenus testimonium perhibebat. Et propter tale et tanta irreprehensibile admiratorum rerum gesta gentiles scripturas et nativitate domini ignorantes ipsos tres reges gloriosos magos appellabant ad quod iudei in terris gentilium habitantes et alii ubique terrarum iudei scripturas et nativitate domini et eius nativitatis locum scientes ad hoc gentiles ubique ex invidia incitabant et ubique ex perfidia confirmabant. Et quia etiam et nativitas domini per longa tempora postmodum usque post ascensionem domini postmodum gentibus non fuit predicata. Sed usque ad illa tempora alibi in universo mundo permansit ignorata. Sed propter consuetudinem prevaluit et in usu permansit quod ipsi tres reges gloriosi in toto mundo noti sunt magi in hodiernum diem. De hiis tribus regibus gloriosis multi libri diversas continent opiniones quare magi sunt vocati. Nam aliqui continent quod vocantur magi quasi et alij libri continent quod vocentur magi quia magistri sapientes. Et alij libri dicunt quod magi fuerunt malefici, sed per quem modum ad dominum conversi. Et alij plurimi libri diversimode exponunt et declarant quare hij tres reges magi sunt vocati. Et de hijs declaracionibus et omnibus exposicionibus non est necesse; nam absque aliquo dubio fuerunt reges magi et philosophi et dominijs et terris potentissimi, prout ipsorum signa et heredes proprij in hijs partibus habitantes et nati adhuc testantur, quod eciam inde in oriente et omnibus partibus ultramarinis noluit habere prerogativam et habent inter ceteros et prelatos propriamus prout infra audietur et continetur in presentem diem. Sed ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxv. capitulum

Ad tollerandum ergo omne dubium in primis et extirpanda credulitate iudeorum et execrabilem invidiam et perfidiam et ad erudienda gentium ignorantiam et eorum infirmitatem adiuvanda et nostram fidem roboranda omnipotens deus perpetue mirabilis in suis sanctis et in sua maiestate gloriosus omnibus scire voluit que qualis et quanta esset distancia inter operacionem divinam et omnem operacionem magicam et humanam. Nam ipsos tres reges cum omni ipsorum exercitu et expedicione et comitatu absque cibo et potu et pabulo in Bethlehem in xiii diebus absque dubio impedimento de oriente et regnis eorum miraculose cum stella preclare et operacione sua divina perduxit, per quam viam in biennio laboriose vix poterant perire per interpretes et doctores operacione humana et ad propria redire et pervenire. Nam si aliqui servi in vijs perpericulis assumpsissent eciam in vijs eorum laboriosis et adversis per quemadmodum non defuisset. Sed omnipotens deus hoc per nativitatis misterium per notum voluit eciam populis universis quo nomine suum gloriosum quod prius usque ad nativitatem suam tantummodo in iudea latitabat omnibus gentibus tribus et populis ab oriente solis usque ad occasum unanimiter collaudaret. Sed ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxvi. capitulum

Postquam vero tres reges cum exercitibus et expedicionibus eorum ut dictum est cum magnis laboribus per doctores et interpretes ad montem Vaus victorialem per biennium pervenerunt, extunc capella in honore regis iudeorum nati quam itaque construxerunt et munera obtulerunt laboriosissime et ditissime.

fiei fecerut et mltimode mod regio fecerut ⁊ ornauit et in opido qd sbtus monte situ iacebat a laboribus itineris quieuerut et ibidem mod regio pali qd tpus solacio sederet et ibidem locu sepulture concordit elegert Et deinde singlis anis cu aliis eoꝝ regibꝰ et pncipibꝰ queuie conuenerut et firmit pmansert Vn cu pq modicu tpe omiu terraꝝ et regionꝝ eoꝝ pncipes nobiles et honoati ac vniusi ppli ipsis ibidem obuiauert et ad eos vnanimit confluxert et ipsos ut decuit sollepnissime receperut et de aduentu eoꝝ multu gratulates ⁊ audientes q et qualia et quata p eos ⁊ cu eis deꝰ erat opatꝰ mirabilia timore et tremore obstupuerut et i maiori reuerentia et honore et timore quo hiis ipsos hre receperut Et sic tunc ipsi tres reges de testametis eoꝝ disposito ⁊ ornatis deo gras agentes quilibet cu oibꝰ suis ad terras et ad regna sua sani cu gaudio st reuersi Et corpibꝰ no cordibꝰ abinuicem ad tpe st sepati oibꝰ pplis q viderat audierat et ipsis acciderat humilit pdicabat Et i omi eoꝝ terris ⁊ templis stella que cu infantulo ~~ipsos duxerat~~

et desup signu crucis p omez mod et forma sicut ipsis apparuit honorifice fiei ⁊ sculpi fecerut Ex quibꝰ quapluriui gentiles relictis suis erroribꝰ et ydolis infante cui ipsi 3s reges deuote munera obtulerut adorauert Et capella sup dcm monte sctam nomie vaus ex longinquissimis ptibꝰ diusaꝝ nacoes deuotissime visitauit Na pq̄m ipsi 3s reges ad ppa st reusi oibꝰ hoibus humiliores ⁊ deuociores st effci et vniusaꝝ terraꝝ et regionu nacoes i oriente deoꝝ virtutibꝰ humilite ⁊ deuocone plene no sufficiebat enarrae et sic i laudabili vita ⁊ honesta quersacoe vsqz post ascensiom dni et aduentu bti thome apli laudabilit pmasert Sz ut ad ppositu redeat

Sequit xxxvij Capm

Post recessu ipoꝝ

triu regu de betlehem qui dno munea obtulert extunc bta maria vgo cu infatulo ihu in tugurio ⁊ spelunca in qua natꝰ fuit hoc p modicu tpe permasit Sz crescete de ipa et tribꝰ regibꝰ ta mirabili fama extunc de ipo tugurio ⁊ spelu ca i alia spelunca sbtranea in rupe stans cu infantulo ihu ppt metu iudeor intrauit 7 usqz ad die sue purificacois i ea pmasit 7 latitauit et qr ut decuit vtusqz seos hoies senes et iuuenes btaz mariaz diligebat ipaz et suu infantulu ihm incarnatu postea ht diligent' celabat z ipis nccia quibq indigerat pie ministrabat et ex eadh spelunca i qua bta maria virgo itaqz cu infantulo ihu latitauit pqmodh crescete fide xpiana fca e capella in honore triu regu et bti Nicolai gsecrata 7 videt' p ipam capella quis tristis fuisse et quoda duas ianuas habuisse sz vna ianua nuc lapidibq e obstructa et i illa capella adhuc videt' lapis sup que bta virgo maria sedde gsueuerat cu suu ifantulu ihm lactauit et quada vice ex ocan modicu lact' de sua mamilla sup lapide cecidit cuius lact' spes super eudh lapide in ppetuum die pmasit et quato plq abradit' tato plq accrescit et tle lac bte virgis in qmpluribus eccliys inuenit' demostrat et a peregrinis vndiqz deportat'. Et pq bta virgo cu infantulo ihu de spelunca in qua fuit natq ita qz metu iudeor ta celerit et festinat exiuit et in hac spelunca sbtranea de qua dixi est fuit et intuit Botu camisia sua et panos qbq ihus fuit inuolutq i feno et psepio pit fuit oblita que vsqz ad tpe venerabil helene mris constantini put deo placuit reservatq et integri i eod loco inuenit sz in psepe Na iudei ipm locu i quo natq erat ihus ab illo tpe pgqm p longa tpa ex inuidia fuerunt p loco pphanato scortilogo 7 maledto ita ut pueros perda ul gentiles ipm locu intre pmisert et tatu horre senibq et iuuenibq 7 oibq inuiaebat qi ipm locu nllq intre fuit ausq Na omez intrante p gtamnato fuert Cetez du i purificacoe sua bta virgo infantulu suu ihm fm lege moysi i teplo cu turturibq obtulit 7 ipm symeon i ulnas suas recepit dicens Nuc dimittis suu tuu dne pro ut dicit ewangta et eodh tpe ta ipe symeon qz anna ancilla de ipo infantulo ihu plurbus iudeis et eor sacerdotibq pntibq et scribis astantibus plurima pphabat

put dt ewata Notice de
relacoibȝ iudeoz q itaqȝ
tuc aderat i teplo fama
marie et i fatulo ihu de
nouo tantu accreuit q
p iudeis et herode i ipa
spelunca ul i aliq alio
loco bta vgo cu suo infa-
tulo diucius no potuit la-
titare Et tuc p ait ewata
Angelus dni appuit i sop-
nis ioseph dicens Surge
accipe puer et matrem
eius et fuge i egiptum
~~eit~~ Et qlis et qualit
bta vgo cu infantulo ihu
i egiptu puenerit et
inde redierit in libro
de infancia ihu plenius
inuenit Sz p plima lo-
ca mlta piculosa homi
siluestriu et aialiu
piculosissimoz p deserta
transiert et pmt signo
i olbus locis et vijs p
quas i exitu et reditu
bta maria vgo cu infa-
tulo ihu transiunt adhuc
crescunt rose aride q
vndiqȝ rose de iericho
vocant et hijs mlieres
sarracene mltu libet
vtunt i ptu Ceterz lo-
cq i quo bta maria vgo
cu infatulo ihu itaqz i
egipto hitauerunt di-
stat a betlehe ad xiij die-
tas p via p qua itaqz
bta virgo maria transi-
uit et no alibi nisi p
illa via crescunt ipe
rose ~~eit~~ de iericho i
memoriale sempitnu

et ipas rosas colliget
hoies qui ibidem badwini
vocant qui de loco ad
locu i ipo deserto cu pe-
corib vagant et p pas
ipas vendunt i maxia
multitudie et quatitate ho-
minibȝ incolis qui p de-
sertu transeunt et peregris
p quos ultiq vendunt
et p mundu deportant
Ceterz locq quo bta vgo
cu infatulo ihu i egip-
to p septenniu vsqȝ ad obi-
tu herodis hitauit sunt
inter ciuitates babiloniam
noua et alta ire qua
nunc e hitacio soldani z
ille ciuitates modicu
distant et sunt maiore ci-
uitates sz altaire e ma-
ior babilonia Et repu-
tat maior q septe vil-
le pisienses et ipo loco
quo itaqȝ vgo p septe-
niu cu infantulo ihu
hitauit nunc e ortus bal-
sami qui no e aditu
lapidibus magnis z i ipo
orto sunt vij fontes aque
i quibȝ bta vgo i fan-
tulu suu lauabat z bal-
neabat et sua vestimenta
lauabat z mudabat gsue-
uit Et iuxta ipos fontes
ortus e dispse sitq z no
muratq sed munitus
et crescit et efflunt bal-
samus lr prope quasi ru-
bus et e modicu altior
vlne z z i modu rubi ro-
sarum fortis et folia eius
qi trifolia sunt formata

et unusquisque rubus habet suum custodem specialem christianum aliquem de captivis soldani qui ipsum rubum habet et corpus suum custodit, irrigat et mundat. Et in mense marcii tunc soldanus continue personaliter est cum suis in hoc orto. Et tunc virga balsami in modum vitis scinditur et ipsa scissura bombice colligatur et subtus bombicem et scissuras parva vascula tunc argentea penduntur in quibus balsamus per scissuras et bombicem sicut aqua ex vite stillat et effluit. Et ex illis vasculis funditur in ampullam argenteam ibidem serra udca que modicum est maior quam sextarium vini possit intrare que semper ex omni balsamo vix adimpletur. Et soldanus recipit omne balsamum solus, sed cum legatus alicuius regis ad eum mittitur, ipse dat parvum vitriolum in modum digiti magni balsamo plenum et ita cum balsamo exstillato soldanus recedit. Et tunc unusquisque rubi custos suum ligna de suis rubis scissas et ipsas in mundissima olla bulit et balsamus qui tunc ex lignis ebullit sicut pinguedo supernatat et talis balsamus est spissus et ut brabonica coloratus. Et dum aliquis homo ab equo vel ab aliqua altitudine cadit et membra rumpit et quassat et cum illo locus perungitur statim consolidatur et cicatrices cum sit vulnere corrupte dum cum tali balsamo perunguntur modicum de cicatricis apparet sed sunt ut alterius carnis et pellis speciei. Et tale balsamum custodes ruborum tunc vendunt hominibus et peregrinis et undique per mundum deportatur sed nullius comparationis et tale virtute est et nobilitate est sicut balsamus qui naturaliter stillat ex vite. Item dum talis balsami gutta in manum ponitur ipsam manum penetrat et altera parte resudat et ille locus incorruptibilis permanebit in eternum. Et est quasi vinum vini de tenue aliquantulum turbidum coloratus et vocatur ibidem balsamus crudus et alter balsamus pollitus vocatur ibidem balsamus coctus. Et de aliis balsamis nobilibus et virtutibus longum esset enarrare. Et quod creditur firmiter in oriente et in omnibus partibus illis quod ille locus adhuc ex eo habet virtutem quod in eo balsamus crescat quod beata virgo cum infantulo suo Ihesu per septennium in ipso loco habitabat et in ipsis fontibus se et suum infantulum frequenter et eorum vestimenta lavabat. Et ad manus [illegible] ipsum ortum [illegible] nullus homo nisi sit captivus soldani potest illum custodire quod sepius est expertum. Item alii homines gentiles ipsum colent ex tunc rubi balsami et eius virge statim aruerunt et perierunt Et ut ad propositum redeat.

Sequitur xxxviij Capitulum

Ceterum de muneribus que ipsi tres reges domino obtulerunt et quid de eis factum fuerit in aliis libris continetur Nam melchior rex nubie et arabum obtulit domino parvum pomum aureum quod fuit domini et post oblacionem in familia et ad nichilum fuit redactum Item idem rex melchior obtulit xxx denarios aureos quos abraham egrediens de hur caldeorum et peregrinacionis sue secum sumpsit et in ebron que tunc arabia vocabatur portavit et cum ipsis agrum in sepulture sue et Sare et filiorum suorum ysaac et iacob comparavit et horum denariorum monetam legitur fecisse thare pater abraham cepte mesopotamie nomine ipsius et eisdem temporibus iacob pro eisdem denariis ismahelitis filius eius ad abraham agrum in sepulturam vendidit hiis ioseph a suis fratribus venditus in egiptum Et post hec ibidem xxx denarii a predictis fratribus filiis iacob in egiptum pro frumento ipsi Joseph fuerunt reportati Et deinde idem xxx denarii post obitum Jacob ad regnum saba pro aromatibus ad sepulturam jacob a Joseph fuerunt missi et in thezauros regios repositi Et post temporibus salomonis idem xxx denarii cum quam plurimis aliis ornamentis in templo domini in iherusalem a regina saba fuerunt oblata Et eisdem temporibus roboam filii salomonis in capcione iherusalem in templo domini depredacione ad manus regis arabum qui tunc temporis fuit in adiutorio egipciorum pervenerunt et cum aliis ornamentis templi aureis spoliatis in thezauros regios reponebantur Et post hoc novo testamento inchoante nato domino in bethlehem ex tunc melchior rex nubie et arabum cum quam plurimis ornamentis aureis et vasis templi ac aliis variis et ditissimis que secum supportabat hos xxx denarios ex auro arabie purissimo et antiquis et nobilibus aurum in thezauris suis Nam hos domino cum aliis predictis ornamentis offerre proposuit et solummodo hos obtulit, et alia ornamenta timore pretermisit ut supra dictum est.

Sequitur xxxix Capitulum

Cum autem beata virgo maria metu herodis fugit in egiptum ex tunc hos xxx denarios cum aliis muneribus thure et mirra sic fuerunt sibi oblata in panno lineo ligata in deserto amisit que quidem pastor unus ex pastoribus qui ibidem

Badwini vocatur degens in ipso deserto cum gregibus suis de loco ad locum et pascuis vagabatur reperit et usque ad modicum tempus ante passionem domini apud se retinuit et ex tunc idem pastor cecidit in incurabilem infirmitatem et cum audisset de fama Ihesu quod diversas infirmitates et varios languores solo verbo curaret fama per omnes terras volante ex tunc idem pastor Iherusalem se transtulit et per fide sua a domino sanitatem mox est consecutus et gavisus. Et ex tunc idem pastor idem xxx denarios aureos cum aliis muneribus thuris et mirra prout prius domino in infancia in Bethlehem per tres reges fuerunt oblati idem prout in deserto reperit, de more in Iherusalem tunc domino obtulit cum devocione. Et nunc dominus agnoscens iussit pastorem ut ipsa munera portaret super altare in templo. Unde sacerdos domini qui tunc forte exstitit in templo tam honorabilis oblacionis thus super altare in incensorium accendit. Et quia munera erant rara et gloriosa hos xxx denarios cum mirra in gazophilacium misit. Et post hec per modicum tempus tercia die ante passionem domini principes sacerdotum et omnes iudei qui principes erant in passione domini et eius morte hos xxx denarios ex quibus bursa de gazophilacio ex templo domini surripuerunt et per ipsos Iude Scarioth discipulo domini ut eum traderet tradiderunt et partem mirre et vinum quod ore domini in cruce obtulerunt miscuerunt et reliquam partem mirre Nicodemus princeps iudeorum cum aloe et aliis aromatibus addidit ad domini sepulturam. Et postquam Iudas hos xxx denarios retulit ad pedes iudeorum in templo proiecit et tunc iudei dederunt xv denarios militibus qui sepulchrum domini custodierunt et cum reliquis xv emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Unde licet evangelium etc. Et consilium inierunt emerunt ex illis agrum figuli. Et est sciendum quod idem ager figuli est prope Iherusalem situs et est vix ad semi iactum lapidis longum et temporibus quibus fuit Iherusalem christianorum et tunc de ipso agro profundissima facta et effossa est spelunca et ab omni parte sursum a fundo circummurata et desuper testitudinata et desuper in testitudine sunt foramina per que corpora mortuorum in profundum mittuntur et proiciuntur. Non moveat aliquem quod idem xxx denarii in ewangelio argentei vocantur quia fuerunt ex auro arabie purissimo. Et quia qui nomine argentei vocabatur sicut denarii

aurei nunc vocatur sudati
mutones vel florenj. Et
similitudo horum denariorum in
nomine et moneta in illis
partibus a temporibus abrahe
usque ad destructionem ihe-
rusalem per tytum et vespe-
sianum permansit et in partibus
orientis numquam mutatur mo-
nete pondere vel valore
et similitudo horum propter de-
valorem ex auro vel cupro
in similitudinem pondere et
quantitate et forma et simili-
tudo in longitudine latitudine
tunica domini inconsutilis mul-
tum artificialiter facta in oriente
apud quamplurimos principes
et nobiles adhuc heredi-
tarie permanserunt in presente
die. Et unus illorum predictorum
denariorum circa tres flore-
nos habent in pondere et
valore et in una parte
talis denarii in numis-
mate stat caput regis
laureatum impressum et
in alia parte sunt littere cal-
daice que ab hominibus
modernis non possunt le-
gi vel discerni. Ceterum
de militibus qui sepul-
chrum christi custodiebant
est sciendum quod est consuetudinis
in omnibus partibus orientis et
ultramarinis quod omnia bo-
na militum sunt bona
pheodalia que aliquo modo
non dividuntur nec separantur
sed totaliter redeunt primo-
genito et cetera bona pe-
dunt a soldano vel aliis
regibus in iure pheoda-
li et aliquo premortuo
ex tunc filius suus primogenitus
qui primum pervenerit ad
annos discretionis ex hiis
bonis efficitur miles et
ipsa bona pheodalia
non potest aliquo modo deme-
brare vel servum vel an-
cillam ex hiis vendere vel
alienare sed aliqua necessita-
te compulsus de licentia
superioris domini potest aliqua
bona meliora pro deterio-
ribus assumendo pecu-
niam dare vel permittere. Et
sunt aliqua bona pheoda-
lia aliquorum tam bona quod
oportet quod miles eorum dominus
habeat secum et sub suis sti-
pendiis duos vel tres vel
quatuor milites vel plures.
Et dum in illis partibus ali-
quis miles efficitur ex tunc
cum maximo ornatu pom-
pa comitatu nepotibus
cum suis consanguineis et
amicis et dextrariis
multum ornate incedit
per vicos et plateas ut
si aliquis indicatur quod ipsum
ex aliqua infamia vel aliis
causis quibuscumque dicat
eum milicia fore indignum
et si aliquis non reperitur
qui eius milicie contra-
dicit ex tunc in medio sui
vel domini sui pallacii super
terram magnis sternitur

lecto optimis pannis aureis et alys duersis ornamentis duersis de ornatus super quibus ille qui miles debet effici clara die omnibus presentibus nudus ascendit ad quem sic in stratibus iste ad mulieres ad pueros primum sic omnes amici ad eum accedunt ibi congratulantes quod milicia dignus inventus sit. Et tunc a nobilioribus principibus et alys nobilibus diversis vestimentis aureis et sericis et alys diversis ornamentis ornatus vestitur cingitur et calciatur et de lecto levatur quod sit in signum quod sicut solus nudus super lectum ascendit et ex eo a principibus et nobilibus ornatus levatur quod sic ab omni inquinamento viciorum et maculis mundus et in meliores mores et virtutes se mutat. Et ex tunc ipse vero alias de familia sua meliores tunc efficitur de bonis suis pheodalibus terre tenetur et tunc cuilibet tali militi datur tantum de stipendys de suis bonis quod cum duobus equis et tribus famulis se posset sustentare et illi milites tunc cum dominis eorum in plateis incedunt comitantur et dominis eorum superioribus serviunt in armis et eos sequuntur temporibus oportunis et tales fuerunt milites stipendary qui dominum crucifixerunt et eius sepulchro custodierunt quibus iudei predenarios dabant. Isti igitur denary a temporibus abrahe usque ad passionem domini semper insimul indivisi permanserunt et per quamplurima loca insimul pertransierunt. Et statim deinde de hys pro stipendio fuerat quod cum ipsis perfici debebat ex tunc abilinca fuerunt separati et divisi et per quamplures mundi undique dispersi et quamplurima alia de hys xxx denarys et ipsorum trium regum muneribus leguntur et scripta reperiuntur que ob prolixitatem scriptorum sunt permissa. Et ut ad propositum redeatur.

De xxx Capitulum

Cum elapso tempore quo beata virgo maria cum infantulo suo ihesu ex egipto remorabatur ut ait ewangelista: Ex egipto vocavi filium meum. Et defuncto herode ecce angelus domini apparuit in sompnis Ioseph dicens: Surge accipe puerum et matrem eius etc. Et que et qualia et quanta in terris et ab illis temporibus dominus ihesus in sua deitate et humanitate egerit et fecerit ut passus fuit usque ad eius passionem resurrectionem ascensionem

plenig inuenit. Cum at dns
pg suā glosā ascensioꝫ
spēār et ptes indoꝝ tho-
ma suū dsplm in sorte
pdicacois misisset In
quibg ipsi 3b reges glo-
si qui dno i sua infan-
tia munera obtulerūt
hitabat regnabat q3 lic3
thomas inuitg officiū
pdicacois assumpsit in
ptibg istis et regnis ty-
cō magna prudencia.
ipsiq summi lapidis angu-
laris qui fecit vtraqz
vnū estiat sibi fm. Nā
thomas qui passionē
dni et eig resurrectioꝫ
quā digitis palpauit
ipsis regibg et gentibus
pdicauit et annūciauit et
quos eciā cum xpo dm in-
fancia de remotissimis ꝛ
longinquissimis ptibg ori-
entis et mundi qsiuit
vidit et munerībg eoꝝ
ueris ꝛ misticis deuotis-
sime adorauit et hono-
rauit et put ait Bed
Sic nob oibg pfuit q
pg resurrectioꝫ dni tho-
mas eig disciplg vulne-
ra digitis palpado ex-
plorauit et de nob oi-
bus vulnus dubietatis
amputauit. Sic adinstar
oibg nob pfuit q reges
et h gentes cuiq dnm
i infancia quesierūt ꝛ
oculis vidit et deuotis-
sime munerībg adora-
uit et pbauit. Nec mo-
ueat aliq q sti bar-
tholomeg symon ꝛ iu-
das apli dni ecia in p-
tibg illis pdicabat q
plures sūt ptes Indie
quarū vna ps longioꝝ
latioꝝ ꝛ maioꝝ q tota
ps mundi cismarina Na
ista ps India describi-
tur in illis ptibg orien-
tis plg q centum dietas
continens i qua vigeat ꝛ
floreat fides xpiana

Sequitur xxxxj Capm

Cum thomas a-
postolg in ptibg
ꝛ regnis Indoꝝ euāgm
fideliter pdicasset et om-
nes illas insulas et
prouincias circuisset et de-
mones signo crucis
effugasset et diuersas
infirmitates et languo-
res curasset et deg per
eū q plurima mirabilia
fecisset et q plurimas gē-
tes ad dnm cōuertisset et
respiciens i oibg ydoloꝝ
templis stellā cū i fan-
tulo et signo crucis p-
ut ipsi 3b reges i oibg
eoꝝ ciuis ꝛ regnis et
eoꝝ templis fieri fece-
runt sculpē et depe-
rūt sicut de bethlehem
fuerāt reuersi. Vn cum
thomas a pontificibg tē-
ploꝝ et ydoloꝝ audis-
set et didicisset q talib

stella cum talibus signis et longis retroactis temporibus in monte Vaus in signum nati regis iudeorum prout ex illa stella fuit auditum apparuisse et ipsi tres reges propter hoc ipsum puerum natum ad adorandum cum muneribus quesierunt et miraculose in xiii diebus in Bethlehem benignissime pervenerunt. Et cum nichil laboriosissime ad terras et ad regna sua pervenerunt et de omnibus que ipsis tribus regibus acciderat et ipsi reges viderant et audierunt et egerant pontifices ydolorum et templorum thome per omnia instruxerunt. Cumque thomas per omnia audivisset exultavit ingenti gaudio et spiritu sancto repletus ipsis pontificibus et omnibus populis et gentibus ardenter circa domini nostri ihesu christi infanciam deitatem et humanitatem passionem et resurrectionem quam digitis palpavit et oculis et comprobavit fideliter et ardenter annunciavit et gratia ipsius factis signis et prodigiis archiflaminis eorum templorum et ydolorum pontifices et quamplurimas gentes ad fidem christi convertit et baptizavit et significationem et interpretationem huius stelle et signi crucis ac infantis que ipsi tres reges quesierunt et muneribus adoraverunt devote et humiliter thomas exposuit et declaravit. Et ex omnibus templis simulachris et ydolis relictis ipsa templa in honore ipsius infantis quem ipsi reges quesierunt et muneribus adoraverunt devote consecravit. Unde omnium terrarum et provinciarum per quas thomas transiebat audita tali eius fama cum variis et diversis infirmitatibus languidis et obsessi ad ipsum veniebant et confluebant quos omnes in nomine ipsius infantis et signo crucis signavit et ad fidem convertit et baptizavit in terras ad quas thomas non pervenerat per signum crucis quamplurimas infirmitates et varias languores curabat. Cum itaque thomas fidem infanciam passionem resurrectionem et ascensionem et suam domini in ipsis partibus undique predicasset et quamplurimas gentes ad dominum et ad fidem convertisset et ydolorum templa destruxisset et in honore ipsius infantis consecrasset et in ipsis episcopos et presbiteros et dei ministros ordinasset et instituisset. tandem ad vera regna ipsorum trium regum qui domino in sua infancia munera obtulerant nutu dei se transtulit et pervenit quos adhuc in carne viventes ac pronecta etate et decrepita annos cepit et expectationem iusti Symeonis expectantes prout dudum fuerunt desperati et ex hoc Christo recepto in spiritu eos mortem non videre nec gustare nisi prius aqua et spiritu sancto renati et de ipso infanti ihesu quem itaque obtulerunt cum muneribus adorauit plenius sancti informati. Vnde cum itaque hii tres reges ab omnibus audierant quod quidam homo nomine Thomas ad eorum regna et terras peruenisset qui ipsum infantem quem in sua infantia quondam obtulerunt et adorauit publice predicaret et de ipso quamplurima miracula omnibus aperte predicaret et diuersas infirmitates et valitudines languores in nomine ipsius infantis et signo crucis curaret et demones effugaret. Vnde ipsi tres reges licet essent in decrepitu ex inpunis itinere se preparabant et cum omnibus eorum regibus et principibus et nobilibus et ipsorum regnorum populis ad beatum Thomam apostolum peruenerunt quos beatus Thomas cum ingenti gaudio recepit et de omnibus que ihesus in sua infantia et deitate et humanitate fecit gessit et docuit singulariter explicauit et eius passionem resurrectionem ascensionem quam digitis suis incredulus palpauit in scripturis et prophetis docuit plenius et narrauit et specialiter de baptismate Johannis sine quo nullus regnum celorum ingredi poterit eos plenius informauit. Et ipsos tres reges cum omnibus eorum populis gratia spiritus sancti baptizauit. Et ipsi tres reges igne spiritus sancti repleti et iam Thome in verbo dei et ad predicandum in officio iam instructi. Nam omnibus populis tribubus et linguis qui ibidem tunc aderant et conuenerant a principio et usque ad finem omnia que viderant et audierant et ipsis acciderat quando ihesum in sua infantia in Bethleem cum muneribus obtulerunt et adorauerunt et per singula fideliter et humiliter omnibus exposuerunt et aperte predicauerunt et omnem ipsorum trium regum sermonem thomas per expositionem et interpretationem significauit exposuit et declarauit. Et econuerso omnia que thomas de passione resurrectione et ascensione domini populis predicauit ipsi reges de infantia ipsius prout viderant et audierant confirmabant. Vnde ipsi tres reges gloriosis cum omni eorum exercitu et comitatu et aliis quam pluribus populis ad montem Vaus cum beato thoma se transtulerunt et super hunc montem capellam cum stella et signo crucis statim in honore ipsius infantis cuius stella super eundem montem apparuit thomas consecravit et omnibus populis qualiter idem infans et tali signo crucis prout super stella apparuit pro humana salute voluntarie et spontanee fuit suspensus de novo totaliter per ordinem ardenter exposuit thomas et predicavit. Et facta est leticia magna in populis itaque utriusque sexus homines parvuli et adulti qui tunc presentes in comitatu non fuerunt de longinquis partibus ad hunc montem Vaus et capellam devotissime pervenerunt et propter talem et tantam devocionem ipsi tres reges maiorem et nobilissimam civitatem in pede illius montis construxerunt et fecerunt et ditissime consumaverunt. Et ipsam civitatem Seuwa vocaverunt que nunc adhuc est maior et ditior civitas in omnibus partibus Indye et orientis in presentem diem et in hac civitate est habitacio domini Indorum qui presbiter Johannes vocatur ac thomas Indorum ac patriarche

De xxxiij Capitulum

Ceterum postquam thomas in omnibus ipsis partibus et regnis omnes populos ad dominum convertisset et baptizasset extunc ipsos tres reges in archiepiscopos consecravit et ipsi tres reges archiepiscopi effecti alios episcopos presbiteros et clericos ex omnibus populis elegerunt et ordinaverunt et omnia ydolorum templa in honorem dei et sue genitricis male consecraverunt quibus omnibus et aliis dei ministris dona ac predia et possessiones large donaverunt. Et beatus thomas ipsis regibus archiepiscopis et aliis episcopis et presbiteris ordinem misse celebrandi et verba que dominus in cena ipsius corporis et sanguinis consecracione expressit et dominicam orationem tradidit et deinde omnibus ipsos fideliter instruxit et informavit et specialiter ordinem baptismalem ipsis dedit et ipsum baptisma nullomodo numquam debere oblivisci monuit et hortabatur et precepit. Et itaque beatus thomas ibidem omnibus populis ad dominum conversis et baptizatis et ad cultum dei omnibus dei ministris rite et laudabiliter peractis et ordinatis ad superiores partes Indye ad predicandum verbum dei se transtulit et ibidem quam pluribus populis ad dominum conversis et variis mirabilibus operatis vita ibidem martirium sicut in passione eius legitur laudabiliter consummavit. Et omnes homines utriusque sexus qui nascuntur in illis terris quibus beatus thomas fuit martirizatus naturaliter facies habent in modum canum fortasse sed non hirsutas habent in presentem diem. Nam per se in unaquaque terra et insula in india per se nascuntur et crescunt et sunt homines herbe et bestie pre aliis speciales de quibus per singula longum esset enarrare. Post recessum et decessum beati thome apostoli extunc ipsi tres reges archiepiscopi ordinati omnes gentes civitates et villas et terras circuibant in quibus quamplurimas ecclesias fundaverunt et in ipsas episcopos et presbiteros et dei ministros ordinaverunt quibus predia et possessiones large contulerunt et relicta huius mundi vanitate in civitate Sewa quam in pede montis vaus fundaverunt perpetuam mansionem elegerunt et cum adiutorio dei et aliorum episcoporum et presbiterorum terras et regna sua in spiritualibus et temporalibus adhuc gubernaverunt et rexerunt quibus omnes gentes non timore sed amore non dominis sed ut patribus in omnibus et per omnia obedierunt et caritate non ficta eos dilexerunt. Anno vero secundo ante felicem eorum resolutionem extunc ipsi tres reges archiepiscopi ordinati omnes alios reges principes et nobiles ac maiores natu de terris et regnis eorum ac omnes alios episcopos presbiteros et dei ministros in unum locum convenire et convocare fecerunt et erat iam longo senio et decrepita fessi nec habebat aliquis liberos vel heredes nam ut quibus omnium illarum provinciarum consuetudinis umquam habuerunt reginas vel concubinas et estimatur et fuerunt et creditur ab omnibus libris in oriente eos virgines fuisse et usque ad mortem permansisse. Et asserunt quidam libri quod sicut fuerunt primi gentium ~~in regali digni-~~~~tate~~ in fide ita erant primi gentium in regali dignitate. Cum vero erant domini primi ex gentibus in regali dignitate obtulerunt, sunt etiam quidam libri in eorum muneribus que domino obtulerunt inter cetera ex superfluo exponunt scilicet aurum obtulerunt domino in signum regalis dignitatis, thus in signum regalis deus comis et ordinis et mirram in signum mortificanois carnis qua nã negauit iuxo dcm sapiētis dicēs In carne viuē pt carnē ē uita angelica et nõ huana. Sz ut ad ppositu redeat

Sequit̄ xxxiij Capitulū

Qum itaqz hij 3b reges glosi ut dcm ē omēs reges epos z nobiles et omēs pplos in vnū fecert queniē extūc ipos omēs hortabant ut in fide qua ipis thomas pdicauit stabiles et fideles permanent et q ipi reges epi psbri et nobiles et vniusi ppli ibm i vnu ggregati Vnu vro uolutate in fide hntem ex oibg pplis ibm ggregat qui uoce z vnanimi consēsu eligent qui loco bti thome apli i spualibus oibg pplis ppetue pessz z cui omēs ppli vnanimit ut pri i oibus obedirēt Simlit qui ecc in honorē bti thome apli i memoriale sepiternū priarcha thomas ab oibg ppetue debēt appellari et ab oibus venerari Et pg deces su tlis vnig priarche sic elcī tunc omēs archiepi ac psbri debent i vnu locū queire et aliū loco defūcti scdm eoz consuetudinē cōcordit elige sūl vniusi ppli ut priꝰ debent obediē.

Et ipi 3b reges tunc tli priarche decias ciuitaꝝ suaꝝ et regnoꝝ suoꝝ ppetue dabat et assignabat Vnde tunc ipi tres reges et alij tunc omēs epi psbri et vniusi ppli concordit elegerūt Jacobū anthiocenū aduenā qui ad ipas ptes cū bto thoma fuit secutꝰ i pmū eoꝝ priarcha elegert cui nõie mutato nõm thomas imposuert Et pg hec Indi tali priarche qui thomas uocat̄ ut nos ppa obediuert et obediēnt i pntem die.

Sequit̄ xxxiiij Capitulū

Ceteꝝ pdicti tres reges glosi qui liberos z hedes nõ hueert extūc etiā de eoꝝ cōsilio z vnanimi cōsēsu omiū ppłoꝝ ibm cōgregatoꝝ ex oibg pplis ibm ggregatis elegert tunc viꝝ strenuū nobilē et illustralē qui oibg terris et regnis suis i tpalibg ppetue pesse deberet ut si aliq maliuoli ul malefici priarcha ul epos seu psbros nõ ūcrent ul ipis rebellarent seu a fide apostarent q p brachiū seculare ad viam rectam possz cogi. Et illud dominiū ppetue debēt succedē p hedes et ducas z tlis rector et gubernator in temporalibus non rex vel imperator debet vocari sed ab omnibus populis presbiter Johannes in perpetuum debet appellari. Item presbiter Johannes ex eo debet vocari quia presbitero nullus est dignior in mundo cuius potestate omnibus iustis et iniustis celum clauditur et in cuius extensione manuum et elevacione omnium imperatorum regum et principum et populorum genua et colla curvantur. Propter hec et quamplurimas virtutes et alias dignitates iste presbiter Johannes qui est dominus Indorum in suis litteris et epistolis specialiter scribit et exprimit. In presenti die litteras et epistolas suas quas regibus et principibus mittit sunt rotuli in quibus in principio scribit et mandat cum salutacione benedictiones omnium puerorum suorum et ancillarum armentorum et animalium agrorum et vinearum et specialiter uxorum et concubinarum et omnium que ille rex vel princeps seu homo possidet in domibus vel in campis cui litteras suas mittit. Et similiter quicumque ille est condicionis cui litteras suas mittit similiter hec sibi scribit et demandat cum salutacionibus benedictiones. Et habet dexteram dei benedicentem in circulo cum stellis ornatam in suis sigillis et vexillis. Item iste dominus Indorum propterea Johannes debet vocari a duobus viris a Johanne ewangelista qui fuit presbiter et a domino pre ceteris magis electus et dilectus. Item iste dominus Indorum Johannes debet vocari nomine et honore Johannis baptiste qui dominum baptizavit cui eciam maior non surrexit inter natos mulierum. Post Thomam apostolum per omnia ipsos informavit. Ceterum hii tres reges gloriosi omnibus regibus principibus nobilibus episcopis et presbiteris ac omnibus populis Thomam patriarcham et presbiterum Johannem eorum dominos et rectores in spiritualibus et temporalibus tunc assignabant. Tunc universi reges et principes et nobiles ac universi populi obedienciam et homagium humiliter fecerunt et se eorum ducatui et potestati subiciebant leti et gaudentes ac alacri corde super omnia que viderant et audierant et acciderant et acta et ordinata fuerant ad propria sunt reversi. Et sic isti domini et ~~nobiles~~ gubernatores Indorum in spiritualibus et temporalibus patriarcha Thomas et presbiter Johannes in universo mundo sunt vocati in hodiernum diem. Ceterum iidem tres reges de premissis ita quod dispositis et ordinatis extunc aliis principibus de sanguine eorum regali quamplurimas alias terras et insulas dederunt et perpetue hereditate assignaverunt qui principes de vanis in perpetuum debent vocari in memoriale sempiternum. Et adhuc hec provincia que de vanis vocatur est maior ac potencior ac nobilior provinciis in India et oriente in presentem diem mirabilia quibus cotidie et assidue videbantur et audiebantur. Et hec provincie ut supra dictum est in aton propter diversa castra fecerunt et ex illis quam plurimi alii principes propter eorum nobilitatem in diversis terris uxores duxerunt de quorum semine anno domini Mº CCCº quinquagesimo pd adhuc strenui principes fuerunt superstites in curia Romana ambasiatores. Et ut ad propositum redeamus.

Sequitur xxxv. Capitulum

Quum itaque omnia et per ipsos reges ut ita quod erant laudabiliter disposita et ornata extunc ad civitatem Sewa ad perpetuum manendum se transtulerunt et duobus annis supervixerunt et extunc modicum ante festum nativitatis domini quedam stella nova et rara et insolita super ipsam civitatem apparuit per quam eorum felicem resolucionem instare intellexerunt et quod a domino vocabantur omnibus intimabant. Unde ibidem in ecclesia per ipsos regaliter facta tumulum sibi more regio preparare fecerunt et per illud instans festum nativitatis domini divinum officium sollempniter peregerunt. Et octavo nativitatis domini die extunc Melchior rex Arabum et Nubie divino officio sollempniter celebrato anno etatis sue centesimo decimo sexto coram omni populo inclinato capite absque dolore in domino dulciter obdormivit. Cuius corpus alii duo reges et principes et nobiles et omnis populi vestimentis pontificalibus et regalibus cum aromatibus more regio prout decuit in tumulum posuerunt. Et post hoc quinto die quo festum epiphanie domini extunc Balthasar rex Godolie et Saba anno etatis sue centesimo duodecimo celebrata sollempniter missa coram omni populo absque aliquo dolore ibidem in domino quievit. Quem tercius rex et omnes alii principes et nobiles ac populi iuxta corpus prioris regis defuncti eodem modo et cultu regio in tumulum honorifice posuerunt. Et non post multum temporis sexto die sequenti extunc Jaspar tercius rex Tharsis et insule Egriseuwe anno etatis sue centesimo nono divino officio devote peracto coram omnibus astantibus sine dolore alios duos reges ad dominum sequebatur. Quem dum more regio prout decuit iuxta corpora duorum priorum regum ad sepeliendum deferretur extunc coram omnibus populis astantibus corpora duorum priorum regum in sepulchro posita quilibet parte cessit et corpus tercii regis in medio eorum receperunt. Et itaque gloriosi principes quod ~~gloriosi~~ in vita dilexerunt se ita et in morte non separati. Et stella rara et insolita que ante eorum obitum apparuit quousque corpora eorum colonie fuissent prout dicitur. Inde immobilis super civitatem Senwa permansit. Sed ut ad propositum redeat.

Sequitur xxxvj Capitulum

Post decessum et

obitum ipsorum trium regum gloriosorum ex tunc deus qui eos in vita dilexit ipsos eciam post mortem plurimum honoravit. Nam diversis utriusque sexus homines quacunque in infirmitate dolore angustia captivitate vel in tribulacione detinebantur longe vel prope in terra vel in mari positus qui auxilium ipsorum trium regum implorabat et devote invocabat deus per eorum merita cicius eos liberavit. Itaque ex longinquissimis partibus per terram et mare populi in maxima multitudine ad eorum reliquias confluebant et fidem quam cum beato thoma in vita predicabant eciam maioribus virtutibus et signis in morte et post mortem confirmabant. Et ipsorum corpora vestimentis regalibus et pontificalibus in sepulchro posita non quasi mortua sed ut dormiencia et melius quam in vita colorata omnibus populis apparuerunt in quibus deum benedixerunt et laudaverunt post multum vero temporis. Cum itaque fides christiana in ipsa nobili civitate Senwa et universis partibus et regnis orientis itaque floreret ex tunc inimicus omnium bonorum seminavit inter triticum zizania sed inter fidem katholicam diversas species heresum opiniones et errores propter quod tunc corpora et reliquie ipsorum trium regum ceperunt ab omnibus indulgencius et negligencia in reverencia haberi ac minus venerari. Nam terra et regna eorum in fide dividebantur odiose et ex tunc statim ipsorum trium regum corpora que usque ad illud tempus quasi dormiencia incorrupta permanserunt ex tunc eorum carnis materia de ossibus eorum solvebatur et more suo in pulverem vertebatur. Omnes homines de regnis arabie et nubie saba et godolie tharsis et insule nati in quibus ipsi reges regnabant eciam fide sic divisi. Cum itaque homines trium regum regna et universe plage orientis essent itaque corrupte et in fide et heresi essent itaque odiose divisa propter nimiam multitudinem distanciam et discordiam et discordancium potenciam a patriarcha thoma et presbitero Johanne ab erroribus non poterant revocari extunc eciam in terris et regionibus illis in hac dissencione cepit gentilitas reuiti et ad ydolatriam repullulare. Unde multi imperatores de regnis istorum trium regum beatorum nati qui in ipsa ciuitate Seuwa potenter habitabant et infideliter odiose diuinis extunc quibus tamen irreuerencia quod ex invidia corpus sanctorum regum de sepulchro surripuit quorum parte aduersa esse et quiescere ibidem noluit et ad loca maiora sue patrie reduxit quia ab omni populo prout qui vinientes de Betlehem venerunt cum ymnis et laudibus et canticis et reuerencijs maiore sunt recepta et in loculis diligentissime ornatis reuerenter sunt et in hijs per tempora longiora permanserunt. Cum autem placuit deo quod triticum et semen fidei itaque longo tempore laboratum in quo zizania ita que fuit seminata et quod ab hijs et alijs persecutoribus et impedimentis diu latitabat in terra ut eciam terribus frigoribus varijs et tempestatibus transactis eciam appareret germine. Unde circa annos domini xxxviij dum gloriosus Constantinus Imperator in occidente per sanctum Siluestrum gracia dei et signis et prodigijs ad fidem esset conuersus et a lepra carnis gentilitatis et ydolatrie esset mundatus et in nouum hominem vita et moribus in melius esset mutatus Eodem tempore venerabilis Helena sua mater inter perfidos iudeos in oriente conuersabatur et iudaica perfidia heu iam esset infecta et corrupta sed inhabitauit ad diuinam graciam prout hec omnia in libro de inuencione sancte crucis plenius reperitur. Sed extunc venerabilis Helena quantomagis prius veteri testamento et in iudaica perfidia insistebat tantomagis et plus modo in nouo testamento et ewangelijs studiosius estuabat et omnia loca sancta que in illis partibus ihesus sua deitate et humanitate ac presencia consecrauit que prius ex suggestione iudeorum ipsa Helena prophanata odiosa habuit et contaminata hec omnia loca Helena plus modo ad laudem dei et confusionem iudeorum humiliter visitauit et deuotissime honorificauit ditauit et amplificauit. Unde per quam plures modos cum venerabilis Helena crucem et clauos nutu dei miraculose inuenerit extunc super eundem locum et montem caluarie et sepulchrum xpi et locum ubi tres marie steterunt et lapidem de sepulchro reuolutum viderunt et locum quo ihesus in cruce matrem suam discipulo commendauit et locum quo ihesus marie magdalene apparuit in specie ortulani super hec omnia loca et alia sancta loca Helena pulchra ecclesias construxit in qua hec omnia loca sancta predicta insimul comprehendit et inclusit. Et postmodum presbiteri Johannes et homines de regno Nubie nati qui in illis Nubiani vocantur subtus monte Calvarie ex rupe et petra durissima capellam exsculptam fecerunt quam in honore trium regum consecratam fecerunt in memoriale quod Melchior rex Arabum et Nubie ibidem in caligine et nebula recedit quando dominum in sua infantia adorandum quesivit et vocatur illa capella in partibus istis capella Nubianorum ad reges in presentem diem. Sed Sarraceni nunc putz ianuam ipsius capelle lapidibus ob invidiam obstruxerunt. Sed ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxxvi Capitulum

Ceterum in omnibus locis que deus in humanitate sua presentia signis et prodigiis consecravit et illustravit in ipsis venerabilis Helena monasteria et ecclesias honorifice fundavit et in hiis patriarchas et archiepiscopos episcopos abbates et presbiteros ac dei ministros instituit et ordinavit quibus predia et possessiones et decimas habundanter erogavit. Fecit etiam Helena super locum quo pastoribus angelus cum multitudine milicie celestis cum claritate nativitatem domini annunciavit pulcherrimam duplicem ecclesiam construxit quam Gloria in excelsis vocavit que adhuc in omnibus partibus orientis Gloria in excelsis vocatur in presentem diem. Et in ipsa ecclesia quondam fuit ditissimum collegium canonicorum qui ex speciali privilegio omnes horas canonicas cum Gloria in excelsis deo inceperunt sicut in partibus istis cum Deus in adiutorium etc. et adhuc incipiunt ibidem horas cum Gloria in excelsis in presentem diem per grecos. Hec etiam fuit facta et perfecta ex tunc. Helena veniens Bethleem ad speluncam et tugurium in qua deus homo fuit natus, ut super domum in ipsum locum speluncam et tugurium post nativitatem Christi usque ad istud tempus deus preservavit ex invidia iudeorum nullum hominem vel animal intrare permiserunt. Nam ipsum locum pro loco maledicto et prophanato habuerunt et omnem introitum habuerunt pro contaminato et in ipso loco Helena tunc presepe in quo Ihesus infantulus in feno ante asinum et bovem fuit positus et ipsos pannos quibus Ihesus ibidem fuit involutus et fenum et camisiam beate Marie virginis quam in presepe dimiserat oblita quando cum infantulo Ihesu de spelunca fugit metu iudeoꝝ et recessit. Et hec oīa helēa hic ipo presepio tā recent̄ iuenit sicut btā ugo ibid oblita dimisit et reliq̄ que excepto presepio oīa secū in constantinopoli transtulit et ibid i ecclīa sancte sophie reuent̄ collocauit et ibid usqz ad tēpus karoli pmaserūt q du iherlm̄ et alias ciuitates xpianoꝝ et zacharia pt'iarcha et alios xpianos de maibg sarracenoꝝ eripuisset et constantinopoli in reditu cū suis exercitibg transisset extunc camisiam bte marie ugīs z femu et pānos quibg ihūs in fasculg fuit iuolutg petiit et obtinuit q cū alijs reliquijs qbg ibim et alibi fuit honoratg secū sumpsit z aqsgrani i ecclīa bte marie ugīs quā ibid fundauit honorifice collocauit q ibid a fidelibg de longinquis ptibg visitatur et honoratur in psentem diē. Et de eius longitudine et latitudine camisie multi hoīes mirantur. De q̄ē sciend q i ptibg ultmarinis et orient' ins multū linū crescit bis i ano vn efficitur pang lineg multū bong z subtilis et i optīo foro. z i oībg ptibg illis oīa uestimenta viroꝝ z mlieꝝ p maiori pte sūt de linea et sūt mlta lōga lata z larga et ult modū alba et munda ꝓpt intollerabilissimū solis ardoꝝ sūt sta et spēal' camisie mlieꝝ i quibg aliq vlas costat sūt tā longe q fimbrias aliquoꝝ omni uestimētoꝝ circā zb qtuor ul quinqz vlnas excedit et illa ps camisie q sic excedit auro margarit' et alijs pciosis sm̄ facultatē mulieꝝ portantiū ditissime ē ornata et dū alicui nobili ul diuiti mlieri nascit filia extunc mr imediate incipit facere filie tales camisias et lintheamina et alia ornamēta ad dotē et ad nuptias nccā et apta q vix pt pficere usqz ad tps sue filie maritatonis et desponsationis. Et dū aliq sponsa ul nobil' ul diues dnā i plateis equitat extunc aliqs nobil' ul miles seu famlg pedester portat illā ptē camisie ornatā suis brachijs extensis et dū tales dne et mlieres vadūt extunc recipiunt ptē camisie sue anteriorē subtg brachia et posterioꝝ ps camisie p aliquē militē seu famulū ul pedissequā leuatur et portatur vtrisqz brachijs et manibg extensis et alie mlieres que hōnt camisias tā pciosas et ornatus habent tunicas camisias multum longas satis mundas et albas omnia alia vestimenta multum excedentes diversis aromatibus et herbis odoriferis fumatas et aqua rosacea lotas itaque ubicumque equitant vel incedunt eorum odor fraglancia per totam plateam sentitur. Camisia beate marie virginis que est aquisgrani secundum quandam consuetudinem partium illarum et secundum staturam tunc temporis hominum videtur fuisse et est multum brevis et humilis et in sibus libris et in partibus illis etiam legitur quod beata virgo fuit puella aliquantulum grossa et carnosa et fusca. Et ut ad propositum redeatur.

Sequitur xxxviii Capitulum

Super hanc speluncam tugurium et locum in bethlehem quo deus homo fuit natus et quo eciam tres reges domino munera obtulerunt qui locus ut supra dictum est itaque a iudeis fuit odiosus. Super hunc locum venerabilis helena nobilissimam et pulcherrimam ecclesiam fundavit opere musaico et marmoribus et auro subtiliter diversis depicta optime ditissime et regaliter ornata in modum castri propugnaculis firmata sed non est testitudinata sed super ligna et tigna cedrina et plumbo coopta. Et in hac ecclesia ante chorum descenditur in speluncam et locum in quo deus homo natus est ducta subtus maius altare quod est super chorum. In ipsa spelunca est altare in loco in quo deus homo fuit natus et non longe ab hoc altari est presepe lapideum ut ibidem est in muro circa trium pedum vel quattuor longum in quo beata virgo infantulum christum ante bovem et asinum in feno posuit pannis involutum. Et in eodem loco iuxta presepe tres reges dominum adoraverunt et ei ibidem munera obtulerunt. Et in ipsa spelunca sancti Jeronimi paula et Eustachium nobiles romane qui ex devocione ibidem cum beato Jeronimo degerunt sunt sepulti et in ipsa nobilissima et pulcherrima ecclesia sunt circa septuaginta columpne marmoree tecta et ligna et alia sustentantes et portantes. Et anno domini M°cc°quadragesimo post sarraceni pulchritudines columpnas excipere voluerunt et in templo eorum ponere proposuerunt sed horribili visione perterriti ipsas stare permiserunt et ultra modum hec ecclesia intus et foris est ditissima et nobilissime et regaliter structa et constructa. Et venerabilis helena in ipsa ecclesia Archiepiscopum et canonicos et presbiteros et alios dei ministros instituit qui ex privilegio speciali in omnibus missis et etiam missis animarum gloria in excelsis deo decantabat et in festivitatibus omnibus horas canonicas cum gloria in excelsis incipiebat et quamplurimas alias reverencias et prerogativas habuit hec ecclesia pre aliis et sicut prius dixi pre aliis ecclesiis de quibus per singula longum esset enarrare. Set postquam terra sancta ad manus et potestatem pervenit soldani quilibet christianus ipsam ecclesiam intrare volens dat officiato soldani ibidem duos denarios veneciarios et nunc greci sub certa pensione per se habent chorum et magnum altare ad divinum officium eorum peragendum. In nocte nativitatis domini ex tunc omnium ydeomatum et linguarum homines peregrini et christiani qui sunt sub celo in ipsa ecclesia conveniunt et tunc omnia hospicia in Betlehem peregrinis intus et extra sunt plena et preter licenciam soldani exceptis suis officiatis non permittit ibidem nisi christianos habitare. Latini omnes christiani qui ibidem in ecclesia in nocte nativitatis domini conveniunt licet in fide et linguis sint adinvicem diversi tamen quilibet populus et secta hominum christianorum in ipsa ecclesia per se suum specialem habent locum deputatum in quo secundum ritum eorum divinum officium faciunt et peragunt tunc sollempniter ut prius dixi. Set latini qui se habent ad fidem ecclesie romane agunt divinum officium suum in spelunca in altari et loco quo deus fuit homo natus. Et tunc in ipsa nocte diversa ydeomata litere et cantus melodie in variis et diversis linguis audiuntur tamen nullus homo impedit alium in suo cantu vel aliquo risu vel cachinatu. Et celebrata missa que incipit Dominus dixit ad me ex tunc vadunt omnes ad ecclesiam duplicem que gloria in excelsis vocatur ubi angelus domini pastoribus natum dominum annunciavit et ibidem tunc celebratur missa que incipit Lux fulgebit et hee due ecclesie distant per modicum dimidium miliare. Et ibidem illa missa celebrata ex tunc omnes populi cum magno gaudio et cantu redeunt in Betlehem ad summam missam tunc in hiis ecclesiis omnia evangelia ibidem principaliter leguntur de quibus tunc universa ecclesia katholica de longinquo loquitur et testatur. Et tunc utriusque sexus omnes homines quarumlibet linguarum vel sectarum existunt parvuli et adulti in ipsa ecclesia per totum illum diem cantant illa antiphona in latino Hec est dies qua fecit dominus, quam in diebus illis partibus in latino cordetenus fuit expositum. Et cum sepedicti iudei ex invidia helenam inter se stabulariam vocaverint, quia hodie nobilissimam ecclesiam super stabulum et tam vilem locum eius devotionis fundavit et edificavit, unde in nocte nativitatis domini tabula de laude et meritis venerabilis helene de digitis beati Jeronimi scripta huius presepe in spelunca pendebatur, que sic incipit: Venerabilis helena fuit bona stabularia que hic presepe domini sui fideliter quesivit, et alia quamplurima de meritis et virtutibus venerabilis helene in tabula sunt scripta. Item in festo epiphanie domini est eadem in ipsa ecclesia maximus omnium linguarum et populorum concursus, et in loco huius presepe quo tres reges dominum adoraverunt et eidem munera obtulerunt magna stella optime deaurata pendet, que consuevit quod per tota illa die artificialiter de loco ad locum in ecclesia cordis trahebatur et regebatur. Et de aliis huius ecclesie in bethlehem nobilitatibus et consuetudinibus et specialibus privilegiis et prerogativis, que hec ecclesia pre aliis ecclesiis prout decet habet, singula longum esset enarrare. Qualiter festum epiphanie ibidem honoratur et celebratur in festis audietur, ut ad propositum redeamus.

Sequitur xxxvi^m capitulum

Peter postquam hee ecclesie itaque erant complete, ex tunc helena se transtulit nazareth, que est civitas delectabilis multum et amena, in valle florida sita, non est murata, et habitatores eius et domus sunt hinc inde dispersi. Et in ipsa civitate ecclesiam magnam et pulcherrimam cathedralem fundavit, in qua archiepiscopum et canonicos et presbyteros et dei ministros instituit et ordinavit, et prediis et possessionibus quamplurimis specialiter dotavit et amplificavit. Et in eadem ecclesia helena a dextris ipsius chori cameram beate marie virginis conclusit, in qua fuit et stetit quando ei gabriel angelus dominum concepturam annunciavit. Et ipsa camera nunc facta est capella, in qua est columpna contra quam angelus stetit et reclinavit, et eius ymago in columpna sicut in sigillo est impressa. Et ante ianuam istius capelle et camere ipsi distante est fons de quo maria frequenter aquam haurire et afferre solebat, et ibidem angelus sepius salutavit et confortavit. Et ex hoc fonte peregrini ad longinquas partes aquam afferebant, et quamplurimi infirmi ex ea sanitatem receperunt. Unde ex invidia sarracenorum ipsum fonte sepius obturavit et quanto plus obturabat tanto plus ac magis erumpebat. Nec Sarracenum adhuc aliquando bibitur de ipsa aqua sed peregrinis ad longinquas partes affertur et portatur et ex ea diverse infirmitates depelluntur. Et in ipsa capella fuerunt speciales presbiteri qui omni die de dominica annunciatione cum omnibus suis officiis et horis diei et noctis cantabant et celebrabant. Et iuxta hanc capellam est camera cum columpna lapidea in qua a die quo Gabriel angelus Marie dominum annunciavit usque in presentem diem signum permansit et dum per totum annum sol tetigit illud signum linea eius directe tunc fuit et est hora qua Gabriel Mariam salutavit et deum de ipsa pro nobis hominem nasciturum annunciavit. Et temporibus christianorum fuerunt in ipsa camera speciales ministri qui cum sol tetigit illud signum in columpna quoniam tunc ter trahebant parva campanella que super columpna pendebat et tunc omnes homines cum genuflexione dicebant ter devote Ave Maria quia ipsa hora angelus Mariam salutavit et exinde per universum mundum provenit in consuetudinem ante solis occasum ter trahitur campana et dicitur a fidelibus ter cum genuflexione Ave Maria. Et illa capella ibidem in omnibus partibus orientis Ave Maria vocatur et a fidelibus de longinquissimis partibus visitatur in presentem diem. Ut dicunt ibidem in omnibus partibus illis alterutrum pro indulgentiis Nazareth ad Ave Maria. Et in illa capella et etiam in ipsa camera Marie continue omnibus horis canonicis cum Ave Maria incipiebant. Sed in temporibus istis cum Deus in adiutorium. Sed nunc in ipsam ecclesiam nobilissimam Sarraceni faciunt mortuaria iumentorum et pecorum cadavera. Sed capella fuit illesa quia degunt ibi pauperes nobiles Sarraceni qui vocantur nobiles dehes qui ex speciali consuetudine a peregrino unum denarium volunt habere venetianum. Sed tunc hec cum omnibus rebus suis in illis partibus est secularis. Et ista civitas est in terra et principatu Galilee sita et iuxta fines Galilee est mons non magnus sed ultra modum altus qui vocatur mons Thabor super quem Ihesus coram discipulis suis fuit transfiguratus prout in ewangelio continetur. Super illum montem est venerabilis Helena magnum et pulcherrimum et fortissimum monasterium et claustrum fundavit et in modum castri turribus et muris ac propugnaculis undique firmavit cuius abbas ordinis Benedicti infula et baculo anulo pastorali ac bulla plumbea utebatur. Et occurrit per illud festum transfigurationis domini in ipso die Sixti, Felicissimi et Agapiti, et tunc in omnibus partibus orientis celebratur missa cum vino novo, et omnes ecclesie metropolitane et kathedrales in oriente in honore transfigurationis sunt consecrate, et in ipso die in omnibus ecclesiis et missis cantatur Introitus Dominus dixit ad me ~~tu es~~. Et alleluia hic dies sanctificatus et cetera. Assumpsit Ihesus discipulos et ascendit in montem excelsum et transfiguratus est ante eos. Et ipso die omnes reges et principes et nobiles, barones et milites et omnes in ipsa diocesi prelati ad dedicationem ecclesie sue kathedralis et vexilla eorum cum eorum armis super ecclesiam figere et ponere faciunt, et omnes populi nocte illa in ecclesiis cum gaudiis et leticiis ducunt insompnem et multum ornant ecclesias suas diversis ornamentis. Et omnes ecclesie metropolitane et kathedrales in omnibus partibus orientis vocantur ecclesie sancte Sophie vel ubique, et est titulus omnium ecclesiarum kathedralium ibidem quod ad sanctam Sophiam vocantur. Et distat iste mons Thabor a Jherusalem ad 3es dietas cum dimidia, et inter Jherusalem et illum montem fuit via et non plus per quam Ihesus ivit cum discipulis suis in humanitate in qua sanavit et docuit et signa fecit et predicavit. Et ulterius quam inter Jherusalem et hunc montem et loca inter eos sita Ihesus in humanitate noluit vel processit. Et ipse mons Thabor desuper non est maioris capacitatis quam illud monasterium comprehendit, et ante captionem Accon Sarraceni hoc monasterium ceperunt et occupaverunt et ex eo castrum fecerunt. Contra quod christiani in pede montis aliud castrum fecerunt a quo Sarracenis assultus et defensu defenderunt, cui nomen Blanseghardi imposuerunt, et ex illo castro et nomine magna et nobilis progenies surrexit, qui hodie nobiles de Blansegharda vocantur in presenti die. Sed nunc illud castrum et monasterium super monte sunt destructa et desolata. Sed ut ad propositum redeat.

Sequitur xl capitulum

Cum itaque venerabilis Helena in his et in omnibus locis quibus ei expedire videbatur archiepiscopos et abbates, presbiteros ac alios dei ministros instituisset et ordinasset et omnia ad laudem et honorem dei rite et perfecte et laudabiliter perfecisset. Sequitur de corporibus et reliquiis trium regum quod domini ibidem adoravit et ei munera obtulerant cepit animo cogitare et ad terras et provincias quia cuncta India adhuc romano imperio permanserat cum nobili et magno comitatu se transtulit in quibus omnia templa et aras ydolorum prout ibidem ydolatria et gentilitas repullulaverat potenter destruxit et pro hiis in laude et honore dei ecclesias et monasteria fundavit in quibus archiepiscopos abbates et alios dei ministros instituit et ordinavit et cultum dei in omnibus illis partibus in omnibus et per omnia reparavit et amplificavit et fidem christianam que in illis partibus prius detestabatur tunc multum honoravit helena et exaltavit et glorificavit. Ad quam tunc omnes christiani et katholici unanimiter convenerunt et confluxerunt. Nam audierant quanta mirabilia et magnalia deus de inventione sancte crucis et clavorum ac tunice beate virginis marie feni et pannorum quibus deus in sua humanitate et in infancia fuit involutus per ipsam venerabilem helenam dominus fuerat operatus in quibus helene unanimiter congratulabantur et in fide confortabantur et iudei et gentiles ydolatre et heretici de hiis multum dolebant et confundebantur. Et extunc etiam in ipsis superioribus partibus quam plurimis ecclesiis et monasteriis fundatis undique et reparatis et in hiis dei ministris de novo institutis et omnibus predictis in fide confortatis. Extunc venerabilis helena de corporibus et reliquiis trium regum beatorum cepit inquirere et diligenter investigare. Et cum de ipsorum trium regum regnis et ipsorum vita et gestis per ipsos reges factos et ordinatos helena plenius fuisset instructa et informata extunc ipsorum corporibus et reliquiis cepit studiosius et ardentius cogitare et diligentius laborare. Cuius desiderium implevit omnipotens deus qui prope est omnibus invocantibus eum in veritate. Et qui prius ipsi helene crucem suam ac clavos sub terra profundissime absconsa revelavit ipsi helene etiam corpora et reliquias trium regum beatorum demonstravit quorum duo corpora scilicet melchior et balthazar a patriarcha thoma et a domino indorum presbitero Johanne et aliis illarum terrarum principibus et prelatis ad ampliandum honorem dei et divinum cultum miraculose et studiose impetravit. Et quia tunc pro parte romano imperio pertinebat et omnes unanimiter audierunt et sciverunt quanta mirabilia et magnalia deus per helena fuisset optatus sibi ipsorum duorum corpora regum benigne et reverenter tradiderunt et dimiserunt. Corpus vero Caspar tertii regis Nestorini habebant de regno ipsius Caspar regis nati sub eorum potestate consueverunt et in sua negocia et heresi perdurantes diu usque ad sanguinem dare restiterunt ob invidiam et negaverunt. Nam id ad melius et fortiorem et maiorem in hec insula nomine Egrisemva de qua Caspar erat rex insule vocabatur suum corpus transtulerunt et secretissime absconderunt. Venerabilis Helena habens itaque duorum regum corpora nolens ipsos tres pati dividi misit per multos sollempnes legatos precibus importunis et muneribus multis apud potentiores insule et ipsorum Nestorinorum ordinavit et obtinuit quod corpus Thome apostoli quod tunc etiam ibidem impetraverat pro corpore tertii regis Caspar dedit et permutavit et idem ipsum corpus Thome apostoli Nestorinis quod est ablatum et ex certis causis ipsis totidem restituit. Et in presentem diem est adhuc quem vaticinium in omnibus partibus illis quod adhuc corpus beati Thome apostoli eius tria vice debebat auferri et Colonie apud trium regum corpora transferri et ibidem perpetue permanere sicut adhuc inferius audietur.

Sequitur xlj Capitulum

Ceterum dum itaque corpus Caspar ethiopis tertii regis de insula portaretur et aliis duobus regum corporibus iungeretur extunc talis et tanti odoris fragrantia et suavitas ab illis exivit quod homines a longinquo suavitatis odore replebantur et reficiebantur et sanciebantur. Extunc venerabilis Helena ipsorum trium corpora regum in loculo ditissimo in maiorem et nobiliorem filii sui civitatem quam fundaverat Constantinopolim que est caput Grecie cum maxima exultatione et reverentia cum aliis reliquiis quas hic inde impetraverat et congregaverat transportavit et ab omnibus populis ad hoc ibidem specialiter congregatis et conductis cum hymnis et laudibus prout decuit multum honorifice sunt recepta et ibidem in ecclesia sancte Sophie reverenter collocata et ab omnibus venerata. Et est sciendum quod ecclesia sancte Sophie in Constantinopoli est ultra modum pre omnibus ecclesiis in mundo multum magna et lata ita quod navis magna omnibus velis suis complicatis et extensis in ea se possit comode vertere et girare. Et in ipsa ecclesia est ibidem nota ste·

sophie qd in greco dr ubi tine et ut sup dcm ʒ dinis eccie metpolitae et kathedrales i oriente ad stam sophia uocat qua Constatinus fudauit et eius maioribus marmoreas columpnas cu adiutorio dei ꝛ i spata solus leuauit et diuers alys plimis ornamentis decorauit. Et i ipsa eccia e tunica dni inconsutilis et claui dni et pars columpne ad qua ihus fuit ligatus et flagellatus et qm plurime alie et diuerse reliquie uenerande de quibus grecis no e cura. Et tpibus sti lodewici regis francoz adhuc corona dni spinea i ea remansit et tunc tpis turci et sarzaceni constatinopoli et imperiu grecoz multu destruxert et impator tunc auxiliu sti ludewici implorauit q multa pdita et deuastata cu auxilio dei recupauit et pro suis expensis impator bto ludewico ipam corona spinea tradidit et obligauit que cu grecoz maxima lamentacoe et francoz exultacoe in castro bti laurencij ad nauigiu fuit ducta et ad villa parisiensiu translata qua greci adhuc recupare sperat in psentem diem

Ceterum i hac eccia scte sophie magna stat columpna marmorea sup qua stat ymago impatoris equestris enee opere deaurata et hz pomu rotundu mod imperiali i sinistra et qr orientem rebellibus sarzacenis g minas dextra et impota et solus hac columpna venerabilis helene uxoris trium regum corpa in loculis diuisis de diuersis naturis hominis psea collocauit. Et cu ista trium corpa regum i hac eccia i ciuitate ista que erant collocata ex tunc ab longinquis terris et ptibus ab omnibus ppulis hunc visit et deuotissime sunt visitata et longo tpe venerata et ad eoz reliquias confluentibus deus dona sua nunc multimode e largitus et p ea multa miracula opatus. Na omnibus qui i fide et deuocoe eoz auxiliu implorabat a quacuq tribulacoe in terra ul i mari detenebat eoz meritis deus liberauit. Post obitu et decessu glosi constantini et venerabilis helene Julianus apostata cognatus eoz tunc ydolatria et gentilitas repullulauit et omissa psecucoe gladij i xpianos et innocentes tpibus longis put in passionibus diuersoz martirum et alys libris plenius repitur. Et ipsa persecutione gladii continue cessante ex tunc cepit in universo mundo alia de novo persecutio hereticorum et scismaticorum diversorum errorum contra katholicos et fideles et ipsa persecutio hereticorum et errorum fertur durior et maior fuisse persecutione gladii anterioris. fides christiana et katholica tamquam triticum cribraretur ut nulla pulvis errorum in ea detectus remaneret. Et in hac tribulacione grecia licet habuisset quamplurimos sanctos et egregios doctores et romanos pontifices de grecia natos tamen ab ecclesia romana in articulis fidei prout inferius audietur recesserunt et sibi proprium patriarcham prefecerunt et elegerunt cui ab illo tempore in omnibus et per omnia ut nos domino pape usque in presentem diem obedierunt. Et in hac tempestate corpora et reliquie ipsorum trium regum ab aliqua reverentia in nullius cultura permanserunt. Unde dominus greciam et armeniam tradidit in manus sarracenorum et persarum qui habitationes multas destruxerunt quas manuel primus imperator romanorum et grecie cum auxilio mediolanensium recuperavit. Unde prout fertur eiusdem imperatoris consilio ipsa trium regum corpora cum aliis reliquiis per quemmodum fuerunt translata. Et legitur quod manuel gloriosus imperator eustorgium virum religiosum et prudentem nacione grecum in legacione mediolanum misit et prudens erat et apud imperatorem potens ipsum archiepiscopum mediolanensium elegerunt et ipsorum precibus et meritis ipsa trium regum corpora de quibus tunc nullus multum curavit ab imperatore impetravit ut secum mediolanum reverenter transportavit et in ecclesia speciali per nunc que est fratrum predicatorum cum ymnis et laudibus cum omni populo honorifice collocavit. Unde eciam deus ob eciam ipsorum merita locis temporibus prout in locis temporibus multa miracula et virtutes operatus. Anno domini m°·c°·lxiiij° civitas mediolanensium frederico primo imperatori rebellavit quam imperator destruere posuit et circumvallavit. Unde meliores et maiores et nobiliores in civitate paucis scientibus ipsa trium regum corpora secretissime absconderunt et cum imperatoris auxilio reynoldi archiepiscopi coloniensis et aliorum principum et dominorum mediolanum obsedit et cepit et expugnavit Et tunc Reynoldus archiepiscopus Coloniensis pallacium ac domus de Turri quas imperator pro aliis omnibus ex opposito habuit cepit et intravit et ad manus suas obtinuit Et dominus Asso secretus erat accessit ad Reynoldum Coloniensem archiepiscopum peciit Et illi dum secretius et secrete ad archiepiscopum venisset ipsum peciit si sibi graciam apud Imperatorem posset et vellet impetrare quod tunc sibi trium regum corpora cum aliis reliquiis vellet dare et abscondita demonstrare Et hoc cum Reynoldus Coloniensis archiepiscopus fecisset et promisisset extunc sibi ipsas reliquias dedit et demonstravit quas cum hiis extunc per suos fideliores et secretiores statim versus Coloniam duxerat et destinavit quod postmodum imperator indicavit extunc primum ipsas reliquias ab imperatore postulavit peciit et impetravit et imperator plus indicare Et tamen ipsas reliquias venerandas dubitavit se posse impetrare extunc archiepiscopus ipsa trium regum corpora cum aliis reliquiis Colonia publice et honorifice transtulit et ab omni populo cum ympnis et laudibus recepta in ecclesia sancti Petri ibidem reverenter collocavit per quas deus ibidem quam plurima mirabilia et virtutes in presentem diem operatur et a principibus et nobilibus et diversis populis devote venerantur et a longinquis terris partibus et provinciis cum magnis reverenciis queruntur et visitantur Legitur enim in quibusdam libris quod postmodum ipsorum trium regum corpora de Constantinopoli in Mediolanum et de Oriente in occidente fuerunt translata quod tunc omnium hereticorum et scismaticorum errores et opiniones quibus Lumbardia Tuscia et Apulia et omnis universa terra fuit infecta per declaracionem et exposicionem trium munerum que ipsi reges domino obtulerunt fuerunt confuse et convicte ac funditus penitus sedate annichilati In auro thure et mirra per ista trium munerum presentata in uno eodem quod Christo divina maiestas et regia potestas et humana mortalitas intimantur Thus enim pertinet ad sacrificium Aurum ad tributum et mirra pertinet ad sepulturam mortuorum omnia hec sancta fides christiana Christo lidatur offerre non desinit dum unum eundem quod verum deum regem quod verum hominem credidit In oblacione thuris confusio est Arrianis qui soli patri sacrificium offerre credebat. In oblacione mirre confusus est manicheus qui christum vere mortuum pro nostra salute non credebat. In auro simul utrique confusi sunt quia manicheus de semine David secundum carnem natum non credidit. Et arrianus deo unigenito naturale mtri servitute proinde non exoperat et regem a quo per fidem regatur sed a quo per infidelitatem tirannice premitur et a bono divinitatis et ab altero veritas carnis denegatur. In ipsis eciam muneribus confusus est nestorinus qui christum in duas personas dividens mtri videat magos non alio deo et alio homini eadem munera suppliciter obtulisse non quod dividatur in personis quia non est divisus in domino. Propterea unus idem deus istis muneribus adoratur ut unus idem quia deus et homo cognoscatur. Ceterum in quali et quanta reverencia hii tres reges qui domino munera obtulerunt in honore habeantur in omnibus terris et provinciis in oriente et ab omnibus regibus et principibus et nobilibus et omnibus populis venerantur. Et est sciendum quod presbiter Johannes dominus Indorum et omnes reges sub eius imperio et rex Georgie superioris et Georgie inferioris et omnes alii reges christiani hii omnes in die epiphanie sicut in die coronacionis eorum vestimentis regalibus et aliis ornamentis in honore trium regum beatorum coronati et ornati et tribus vicibus in missis offerunt aurum thus et mirram cum maxima humilitate et devocione que oblaciones videlicet in introitu misse offertorio et communione offerunt aurum thus et mirram cum devocione. Et alii principes et nobiles quilibet pro alio se ornat prout maioris nobilitatis et facultatis et eciam offerunt ter in missis oblaciones. Item in quali et quanto honore et reverencia hii tres gloriosi reges habeantur ab omnibus hereticis et scismaticis in omnibus provinciis et partibus orientis que adhuc ibidem degunt et permanserunt. Est sciendum quod in oriente et in omnibus partibus ultramarinis fides christiana in diversas partes et hominum sectas est divisa secundum hos homines quorum nomina subscribuntur. Nubiani soldani nestorini latini Indi armeni greci suriani georgiani Iacobite ucolatte copti ysini marronini et madopoles. Et ex hiis omnibus christianis ibidem super omnes predictos homines et hereticos preter in ipsorum hereticorum propriis terris et regionibus per se habent principatum et vocantur ibidem propterea latini quia missas et horas et divinum officium cantant et agunt in latino, sed in partibus istis sed multum sollempnius in die Epiphanie divinum officium peragunt quam in partibus istis et cantant eciam in missa per speciales notas et melodias. Item Nubiani sunt homines de regnis Arabie et Nubie in quibus regnavit Melchior qui domino aurum obtulit nato. Hii pre ceteris christianis in fide stabiles permanserunt. Sed Melchior dux et rex eorum domino aurum obtulit, itaque Nubiani homines de regnis ipsius nati ipsum in fide splendide sunt secuti. Nam sicut aurum in caminis ignibus positum non minuitur nec aliquam eruginem vel rubiginem potest contrahere, sic nec isti homines Nubiani aliqua heresi non poterant corrumpi. Hii enim specialiter ibidem Nubiani vocantur, in omnibus partibus ibidem christianorum volunt eciam pre aliis habere prerogativam et habent pre aliis christianis in honorem suorum regum in presentem diem. Et quocienscumque tendunt pergunt missam intermissis ob specialem reverenciam in omnibus locis christianorum habent per se ecclesias speciales et cimiteria in quibus speciali sepeliuntur sicut Frisones Aquisgrani, et horum presbiteri cum coronis aureis vel deauratis secundum eorum facultatem ad altare coronati incedunt reverenter et hoc faciunt in signum trium regum qui domino coronati munera reverenter obtulerunt. Item Soldani sunt homines de regnis Godolie et Saba in quibus regnavit Balthazar qui domino thus obtulit nato. Hii ex parte in fide fuerunt corrupti et a quodam heretico nomine Soldanus perversi et habent se ex parte ad ritum grecorum et parte habent hebreos et utuntur literis caldaicis et habent per se proprium ydeoma. Et hii in partibus orientis inter ceteros et pre ceteris christianis non habent talem et tantam reverenciam et prerogativam sicut Nubiani. Nam sicut ipsi fidem non plene custodierunt nec servaverunt, sic et Balthazar rex eorum domino thus obtulit, cuius odor in igne quibuscumque mixtus tollit non tollitur nec ipsius odor senciatur et odoretur. Itaque tota ab hiis Soldanis fides per heresim non tollitur oblita licet in hiis aliquantulum sit corrupta. Et presbiteri cum auro et dyaconi cum thure et subdyaconi cum mirra ad altare accedunt dum celebrare missas intendunt, et hoc faciunt in signum quod ipsi tres reges domino aurum et thus et mirram obtulerunt. Ceteri homines de regnis Tharsis et insule Egrisenwa nati in quibus Caspar Ethiops qui domino mirram obtulit in omnibus partibus et terris orientis Nestoriani vocantur a quodam heretico nomine nestorini fuerunt corrupti et prius et sic irrenovabiliter a fide katholica per heresim totaliter recesserunt et apostaverunt. Unde sicut mirra quam Caspar rex domino obtulit nullis aliis mixturis potest obdulcari, Sic hii nestorini a nullis doctoribus vel predicatoribus ab eorum heresi nunquam potuerunt nec adhuc poterunt revocari. Et hii tres reges in nullo precio habent reverentia sed quando episcopi eorum consecrant et ordinant presbiteros recipiunt ab eis sacramentum quod omnes consiliarios et fautores debeant in omnibus missis eorum anathematizare et excommunicare quorum consilio et auxilio ipsis corpus Caspar regis fuit ablatum. Et hii in omnibus partibus orientis aliis christianis sunt exosi et despecti et eorum heresi circa quadraginta regna fuerunt infecta et sunt pro maiori parte ethiopes nigri et in terris ipsorum et regionibus in ecclesiis eorum pingunt deum et suam matrem et tres reges et sanctum thomam nigros et dyabolos albos in despectu eorum et aliorum prout in sequentibus plura de ipsis audietur. Item Indi de regnis presbiteri Iohannis nati sunt boni christiani et habent per se patriarcham qui thomas vocatur cui ipsi in omnibus et per omnia obediunt ut nos domino pape et presbitero Iohanni obediunt et nos Imperatori vel regi et horum habitacio est in civitate Seuwa qua ipsi tres reges decesserunt et de sepulchro fuerunt excepti et ad alia loca deportati. Et dum istorum Indorum episcopi ordinant presbiteros ex tunc benedicunt ignem in quo ponunt ferrum acutissimum et cum ipso ferro benedicto acuto ferventissimo scindunt presbiteros per fronte et nasum deorsum usque ad ossa nuda et hoc faciunt in signum quod spiritus sanctus in igne descendit in discipulos et hiis similiter in partibus illis presbiteri discernuntur sicut in partibus istis coronis rasis. Et horum presbiteri dum missas celebrant pendunt super altare corona aurea vel deaurata extunc presbiteri dyaconi et subdyaconi ex tribus vicibus separatim ad altare reverenter accedunt et hoc faciunt in signum quod tres reges de tribus regnis et vicibus in Betlehem ad dominum venerunt et eum adoraverunt. Item presbiteri grecorum sunt uxorati et habent longas crines et non credunt spiritum sanctum a patre et filio procedere sed solum a patre. Item non credunt esse purgatorium et hiis articulis aberrant romana sunt divisi et dum missam celebrare intendunt ex tunc scindunt de pane fermentato hostiam quadratam consecratam quam in discum aureum vel argenteum ponunt et desuper ipsam oblatam ponunt stellam in modum tripedis plexam cum pannis odoriferis et mundissimis tectam et post offertorium ponunt discum cum oblata et stella super caput et cum thuribulis et candelis cum maxima reverentia per ecclesiam circueunt usque ad altare ex tunc omnes presentes prostrati in ecclesia cadunt in terram et hoc faciunt in signum quod tres reges dominum cum muneribus quesierunt quos stella ad presepe perduxit. Item Suriani sunt homines de regno yndie nati. Nam illa terra circa Iherusalem que olim Iudea vocabatur nunc Suria dicitur. Unde ipsi homines Suriani nuncupantur et non habent multum de heresi et in partibus illis Christiani de cinctura vocantur quia pannis lineis sunt tincti in prerogativa quia de regno iudee est nati et vigilia Barbare beate cuius corpus in Babilonia soldani quiescit cum maximo gaudio sunt in partibus istis vigilia sancti Martini deducunt. Et tunc unus amicus mittit alteri caulium et aliarum herbarum semina que in ipso anno in ortis debent seminari et habent coram iudiciis monstrant per [illegible] et istos tres reges sic imitant in partibus ad istos in iudiciis et hoc faciunt in honorem trium regum beatorum quia in regno Indie unde ipsi sunt nati dominum quesierunt et adoraverunt. Item Armeni sunt Christiani in Armenia strenuissimi et multos antiquos errores postposuerunt et ritus priores iam dimiserunt. Nam in vigilia pasche carnes comedere consueverunt dicentes quod dominus sabbato surrexit a mortuis. Et presbiteri in consecrationibus ad vinum oleum addiderunt sed nunc conversi ad fidem ecclesie romane accrescunt et episcopi eorum et presbiteri ab episcopis latinis consecrantur et ordinantur et ipsorum missas et processiones cantant in melodia latinorum et isti Armeni incedunt per viam ut habitu vestimentorum in palleis in capite et parte die in modo et forma prout tres reges fuerunt vestiti et induti qui in Iherusalem dominum quesierunt et in regnis eorum sunt vestiti quando adhuc vixerunt. Item Georgiani sunt homines de regno Georgie superioris nati et habent pro magna parte habent se ad ritum Grecorum sed in heresi non sunt obstinati et vocantur ibidem Georgiani. Nam quocumque tendunt per terminos ut Frisones vel Ungari se intendunt et per habent vexillum cum ymagine beati Georgii depictum.

et sunt christiani in armis strenuissimi et sunt vicini terre Meche ubi habetur corpus Machameti Sarracenorum prophete et habent per se proprium ydeoma et habent archiepiscopum qui est in monte Synay in claustro sancte Katherine cui in omnibus obediunt ut nos domino pape et ipsorum religiosi habent se ad ordinem sancti Anthonii vel Macharii et per omnem terram Soldani transeunt absque aliquo tributo vel impedimento et vicinis suis aliis Sarracenis sunt amicabiliores et maiores et ubicunque incedunt religiosi vel seculares semper cantant canticum de tribus regibus ex eorum meritis et signis. Item sunt alii christiani qui Georgiani vocantur quia sunt nati de regno Georgie in Ysidori quod nunc regnum aptias vocatur et dicitur quod est terra per omnia montosa et ibi Armenia maior nominatur et in hac terra est mons super quem post diluvium archa Noe quievit et dicunt quod propter nives et aliis causis horribilibus ad ipsum montem non est via vel accessus. Sed huius cacumine ulterius et super omnia alia montium cacumina distinguitur et videtur. Et super huius montis cacumine apparet quoddam lignum nigrum sicut sit arbor robusta magna et dicunt et credunt incole terre illius illud lignum ex archa Noe ibidem adhuc permansisse et in terra est quedam alia terra que ibidem Hemyssen vocatur et est in longitudine et latitudine circa quinque miliarium et per ipsam terram transit fluvius et est in illa et tanta caligine et nebula tenebrosa ita quod in mense augusti in meridie sol antequam terra illa pertranseat nunquam potest videri vel discerni. Et dicunt homines et incole regionis illius quod in aliquo libro non est scriptum vel unquam auditum quod aliquis homo ipsam terram tenebrosam introiverit vel exiverit nisi ad tractum baliste. Et in ipsa terra ab aliis hominibus et incolis undique circumhabitata. Item circa illam terram sunt loca multum uberrima et pascuosa et non est aliquod obstaculum vel impedimentum illam terram tenebrosam intrandi vel exeundi nisi solummodo caligo vel nebula densa. Et in ipsa terra tenebrosa est habitacio humana. Item in ipsa frequenter audiuntur hinnitus equorum et cantus gallorum et unus fluvius qui per ipsam terram transit veniunt et descendunt ligna et similia et huiusmodi alia manibus humanis attractata. Et legitur in partibus illis quod temporibus Eraclii Romanorum imperatoris dum Machameto et Sarracenorum potestas erupisset et christianos undique interfecisset et effugasset quod christiani de aliis terris ad illa terram montosam fu-

fuisset quos cum sarraceni in montibus obsedissent ita quod ad dextram sive ad sinistram non potuerunt declinare. Totus christianorum auxilium dei invocabat et per merita tamen regum beatorum qui tunc temporis in oriente et in universo mundo multum venerabantur quod deus eorum meritis ipsis subveniret et liberaret. Eo tunc statim locum ubi sarraceni cum uxoribus et parvulis ac pecoribus prius ibidem ad manendum pro tunc venerant fuerant castrametati et circumdati ipsum locum tunc nebula tam densa et taliter tenebrosa operuit et tantum dedit quod ab illo tempore numquam aliquis eorum exivit et aliquis per quemmodum homo numquam ad eos intravit in presentem diem. Et unde christiani de regno illo qui etiam georgiani inferiores vocantur quocumque transeunt vel pergunt in turmis suis strictones incedunt cum vexillis in quibus ymagines beatorum trium regum sunt facte in hodiernum diem quia eorum meritis deus tam evidenter et tam miraculose eos liberavit. Item Jacobite sunt christiani heretici hinc inde in diversis terris et regnis inter alios homines habitantes a quodam heretico nomine Jacobus fuerunt perversi et hii non credunt sanctam trinitatem sed unitatem tantum unde signum cum ante se faciunt signum sancte crucis cum uno digito. Et horum presbiteri stant simul in altari et secundum ritum eorum pariter recipiunt dominum et hoc faciunt quia tres reges simul et semel domino in presepio munera obtulerunt. Item Maroniti sunt christiani a quodam heretico nomine Maro corrupti et sunt hinc inde in diversis regnis et terris civitatibus dispersi et horum presbiteri dyaconi subdyaconi sunt uxorati et per totum annum nisi in festo pasche et nativitatis domini non celebrant nisi de sancto thoma et de tribus regibus alternatim. Et inter alios suos errores ex fatali causa habent ecclesias eorum prophanatas ut gutte pluvie interius stillat vel radius solis aliquod foramen penetrat vel si aranea pertexerit et aliis huiusmodi similibus causis. Et hii ex consensu et voluntate unius separant matrimonium parte altera non vocata. Item Copti sunt christiani heretici et secta per se et inter alios homines inde dispersi habitantes. Et horum presbiteri utuntur in ecclesiis eorum quodam libro fabuloso a sede apostolica reprobato et ipse liber secreta sancti petri vocatur. Et in missis eorum legunt evangelium Nichodemi et episcopi eorum utuntur cappis sicut predicatores et in diebus missis addunt collectam de tribus regibus. Item Ysini sunt christiani heretici et secta per se et pro maiori parte degunt in egipto sub ditione soldani et pueri horum dum baptizatur extunc presbiteri in frontibus infancium scindunt cum ferro candido et acuto. Cuius crucis signum in frontibus eorum omnibus diebus vite ipsorum permanebit. Et hii firmiter credunt quod adhuc in tanta multitudine crescant quod violenter in Babiloniam, quo soldanus habitat, pergant et unusquisque lapidem suat et pre multitudine eorum ibidem lapillus non debeat remanere. Unde Anno domini m° ccc° xlii° in damasco et egipto omnes expoliato a volgo et generali populo persecucio et interfeccio christianorum sicut in partibus istis in pestilencia iudeorum, que per tres menses duravit. Sed postmodum per soldanum multi fuerunt vindicati. Et in hac persecucione isti christiani perversos egipcios et sarracenos apud soldanum de eorum oppressione fuerunt plurimum accusati. Et quibus tunc soldanus respondit quod non esset aliquis dies in anno in quo ultra mille vecturas lapidum ad structuram veherent et portarent et quivis lapis in quamplurimas partes divideret et secaret, et impossibile esset quod tot homines ex ipsis possent nasci. Et talibus laboribus bladis et similibus tunc populum ab eorum persecucione et infectione compescuit et sedavit. Et horum ipsorum presbiteri post missam dant populo benedictionem quod deus eos respiciat et conducat sicut tres reges cum ipsos per stellam in Bethleem ad suum presepe perduxit. Item Maronini sunt christiani heretici et secta per se inter alios christianos et sarracenos hinc in diversis degentes, et pro maiori parte habent se ad ritum nestorinorum. Sed non credunt tamen quidquid agunt vel agere incipiunt semper dicunt: In nomine dei et tui regni. Item Nycolaite sunt christiani heretici antiquiores in mundo. De hiis legitur in Apocalipsi, et inter alios quamplurimos suos errores hunc replicant et predicant pro irremediabili peccato, ut si vir mulierem vel mulier virum pro concubitu rogaret et quis alteri denegaret. Et quod peccata cetera hec et ex aliis possent contingere et devenire, deus remitteret cum misericordiis et relaxaret et predicant eos per misericordiam dei dedignes adhuc esse salvandos. Unde creditur quod isti maledicti et omnes supradicti heretici et specialiter isti Nycolaite post mortem Origenis magne auctoritatis viri sui nomen gloriosum effuscare et denigrare nitebantur et laborabant. Nam omnes errores suos et hereses articulos in libris Origenis scripserunt et quasi eorum erroribus et heresi consentire videtur. Et isti Nycolaite scripserunt in libris Origenis ad confirmacionem eorum heresis et errorum et conubitus et feditatis quod opera que deus fecisset non odiret ea scilicet scriptum in alijs libris scilicet ea de hijs que deus fecisti non odisti et quamplurimos alios errores et hereses libris Origenis inscripserunt et eos odisse ascripserunt ut alij christiani simplices ipsis hereticis magis et melius consentirent. Et omnes libros Origenis quos in oriente inuenire potuerunt partibus sibi attraxerunt et alterunt ac combusserunt et nouos libros hi scripserunt in quibus heretica sua et errores in locis conuenientibus ex nomine Origenis inseruerunt in quibus etiam quod deus corpus habet scripserunt. Et sic quilibet secta omnium scriptorum ad maiorem eorum confirmacionem auctorum errores suos in libros Origenis bene caute scripserunt ut ipsis in erroribus eorum consentire videtur. Unde alij christiani simplices libros Origenis comburere nitebantur et a quampluribus episcopis quamplurima concilia in oriente super dampnacione librorum Origenis fuerunt celebrata. Sed libri sui combusti in maxima autem in oriente permanserunt omnes errores et heresim quos heretici libris suis inseruerunt et scripserunt expungebat et deleuit. Nam in diebus antiquis libris Origenis penitus nil erroris inuenitur. Sed contra omnes hereticos et eorum opiniones glosas et omelias composuit super ewangelium. Attendite a falsis prophetis et super ewangelium Mathei et alia in quibus contra errores hereticorum quemadmodum videbatur omelias multum glosas composuit. Per quas omnium hereticorum errores confudit et eosdem reprobauit et annichilauit quas in presenti die pro omelijs auctenticis habentur et leguntur in ecclesijs vniuersis. Et alie quedam omelie sine titulo super ewangelijs leguntur quas aliqui Origeni ascribunt asserentes ipsum esse dampnatum eo quod sine titulo leguntur. Sed non attendunt quod tam pro autenticis in ecclesia katholica habentur sicut que cum titulis leguntur. Et alicuius hominis iudicium non est Origenem vel aliquem hominem esse saluatum vel dampnatum. Nam in omnibus partibus Orientis de ipso legitur quod post apostolos quam apostolicam vitam sic Origenes sequeretur non sit inuentus. Super carnem cilicio fuit indutus et numquam carnes comedebat et vinum vel siceram vel omne quod inebriare potuit numquam bibebat. Et qualis erat sua doctrina talis erat sua vita et in nocte et in die scriptores penes se habebat qui ex ore suo libros suos composuerat et scribebat. Et quamplurime alie virtutes et inclita sanctitates in oriente de ipso et sua vita leguntur de quibus congruum esset enarrare. Nam episcopi et alii sancti presbiteri et doctores ab hoc nomine oriens sibi cognomen origenes imposuerunt et omnia heretica et errores quos heretici in libros suos ad confirmationem eorum post mortem suam scripserunt et persecutionem quam ipse et libri sui post mortem suam paciebantur honorifice ad domum suam pervenit et in omnibus partibus orientis pro viro eximio et magne sanctitatis et doctore egregio et libri sui per multum pro autenticis habentur in presentem diem. Et ut ad propositum redeat hii prefati Nicolaite licet sint heretici tam perversi tamen non est aliquis eorum tam pauper nisi omni die dat pauperibus suas elemosinas pro ipso et uxore sua et libros osculatur in honore tamen regum beatorum. Item in oriente et in omnibus partibus ultramarinis sunt homines propria in multum speciales qui ibidem Mandopoles vocantur. Hii se non tenent vel habent ad aliquam specialem fidem vel ritum vel heresim nec habent inter se presbyteros cum uxoribus et pueris et armentis in maximis turmis incedunt et non seminant neque metent et nunquam in hyeme vel in estate in pluviis vel in frigore vel in estivalibus solis ardore die vel nocte in domibus dormiunt vel mulieres eorum in domibus pariunt. Sed de loco ad locum de villa ad villam per totum annum vagantur et quando diu in uno loco moram trahunt tunc cribra et hungori in domibus vel in villis necessaria hominibus operantur. Sed in uno loco ultra triduum manere non possunt et sepius est expertum si in uno loco ultra triduum tenentur vel si per una die in aliquibus domibus sub tectis maneret vel dormiret statim moreretur. Et hii homines habent inter se ydeoma speciale quod nullus hominum nisi ipsi inter se potest intelligere scire vel docere. Sed ipsi quamplurima alia omnium hominum ibidem sciunt et intelligunt linguas et ydeomata. Vel nunquam habent inter se discordiam verbis vel factis. Sed dum aliquis alteri prout est consuetudinis aliquid furatur vel aliquis alium cum uxore sua vel filia in adulterio vel concubitu reperit non irascitur sed dum potest reddit sibi talionem. Et hii homines ad quecumque loca civitates vel villas cum christianorum vel hereticorum cum predictorum vel sarracenorum vel turcorum vel tartarorum vel quorumcumque hominum pervenerint quamdiu inter eos sunt et conversantur tamdiu secundum eorum ritum legem mores et consuetudines se habent et vivunt. Et ubicumque ieiunatur celebratur comeditur bibitur operatur doletur plangitur congratulatur gaudetur ibidem ipsi homines etiam ieiunant comedunt bibunt celebrant operantur dolent plangent gaudent et congratulantur nec habent aliquos proprios nec habent se ad aliqua speciali lege vel fide ritu heresim. Et in quorumcumque christianorum vel hereticorum mulieres eorum pariunt secundum ritum et fidem eorum ibidem infantes eorum baptizantur. Et in quocumque christianorum vel hereticorum loco confirmantur secundum ritum eorum faciunt confessionem et recipiunt communionem et mortui secundum ritum eorum traduntur ecclesiastice sepulture. Et in quibuscumque locis christianorum vel hereticorum in die dominico de mane cum tibiis et instrumentis omnibus hominibus et puellis a minimo usque ad maximum ieiunii devote ad ecclesiam simul et semel pervenerunt. Multum humiliter deum adorando et ibidem tunc pro missa de tribus regibus faciunt celebrare ut deus per ipsorum merita per totam septimanam predicta campos et montana sanos ab omni periculo vermium et animalium perducat et conducat. Et hii homines et omnes ac universi heretici et scismatici supradicti complures alias habent consuetudines ritus et mores que pretermittuntur. Nam de ipsis specialiter dicere esset longum nimis ea quibus ipsos tres reges beatos venerantur recitantur ut eos magis et diligencius ab aliis katholicis honorent. Iste fuerunt in oriente alii pessimi qui arriani vocabantur sed hii tres reges nullam habebant reverenciam specialem et ipsorum heresi totus mundus fuit infectus et hii nunc funditus sunt deleti et radicitus exstirpati sunt

Sequitur plus Capitulum

Preter omnes predicti

et supradicta christiani et heretici scilicet armeni et georgiani. Soldini. Jacobite. maroniti. Suriani. Copti. ysini et greci ac nestorini et mandoples et omnes secte predicte quedam ex eis secta habet magis de heresi et quedam secta minus. Et quevis secta habet aliam odiose excogitata et condempnata nec una secta vult cum alia aliqualiter communicare vel participare. Et istarum sectarum presbiteri obediunt episcopis de quorum dyocesi ipsi vel parentes eorum sunt nati licet remotissime ab invicem sint separati. Et in omnibus terris et provinciis orientis non est aliqua civitas ubi omnes predicte secte habitent in ea. Et quelibet secta et presbiter per se ubicumque degunt ~~[illegible]~~

hnt speale ecclam Et i
quocuq3 loco degut eorz
n' dece ep̄o obedia q̄ ha-
beat p̄p̄e p̄sb̄rm̄ speale
Et sūt p maioi p̄te viri
distretissimi et optimi
medici Et ditissimi mer-
catores i t̄palib9 multum
astuti et expti licz hijs
misterijs i fide et ritu
sīt tā odiose diuisi Sz
tū q̄t sarzatenos et i ne-
nearos tū regn̄ sp̄ sūt
vnanimes et concordes
et tūc i vna p̄cessiōe ad
eccl̄as vadut et tūc diu-
se lingue et melodie au-
diuntur Cetrm omēs p̄p̄iai
p̄fati hetici secte z scis-
matici z seculares et reli-
giosi laici et ordiati hij
omēs i vigilia ntitatis dn̄i
vsq3 ad crepusclm̄ ieiu-
nat et tūc q̄libs ponit
mēsā suā cū potu z ci-
barijs q̄ durāe p̄ut z
vsq3 ad die Ephīe itaq3
mēsā cū mēsalib9 coo-
ptā portam cū cibarijs
suppositis s̄m q̄ quib9 e
facultas stāe p̄mittit
Et i vigilia natiuitatis
dn̄i ~~vsq3 ad ephiam~~ can-
dela ul lapāde accen-
dut quā vsq3 ad diem
ephīe iux̄ mēsā die
et nocte ardē p̄mittut
Ita oleū et cibaria ibim
i op̄tio foro repiut Et
i vigilia natitatis dn̄i
vsq3 ad ephiam itaq3
cū vxoribz et puulis
de ipā mēsa itaq3 po-
sita comedūt z bibūt
z cū maxīs gaudijs illos
dies natiuitatis dn̄i vsq3 ad
die Ephīe dn̄i cōducut
Ceterz i die ephīe pq
solis occasū tūc quili-
bz vadit ad domū sui
amici ul cognati cū can-
dela ardēti et sp̄ i int̄o-
itu domg dicit bōa dies
sit nob et si aliq̄s dicet
bonū nesp ul bōa nox
sit nob p̄ eo ipīs indico
p maiora iniuria quem-
ret z accusaret Et itaq3
p tota nocte ephīe cū
maiora letitia z sollēp-
nitate de domo ad do-
mū eudo comedēdo z
bibēdo et itaq3 saluta-
do cū cādelis diluxit in-
sop̄nes et hoc faciūt
i meoria q̄ stella ar-
dens q̄ i natiuitate dn̄i ap-
paruit vsq3 ad ephiam
et illud tp̄s ad reges z
eorz comitatus i bethlehē
duxit et p̄cessit non
erat aliq̄ nox sz cū i-
mēsa claritate lucis vna
dies videbat Cetrm in
die ephīe omēs p̄p̄ia-
ni incole z pegrini z
scismatici et hetica de
longinq̄s ptib9 cū eorz
ep̄is et abbatib9 et
p̄sb̄ris et religiosis z
ordinatis cū crucib9 ar-
genteis thuribul z ca-
delis vadut et pueni-
ut ad iordane qui di-
stat a ihr̄lm ad quinq3
miliaria p̄ua Et tūc
oīb9 xp̄ianis scismati-
cis et heticis nupta Ior-

dane congregatis. Ex tunc quilibet presbiter christianorum stat simul in loco speciali et cum magno silencio sancto in ipso ponunt cruces reuerenter in terra. Et tunc quiuis presbiter christianorum etiam quorumcunque ydeomatum sit vel linguarum legunt ibidem in latino ewangelium Cum natus esset Ihesus in Bethleem. Et lecto ewangelio ex tunc quilibet presbiter cruce sua cum maxima reuerentia et deuocione adorat, oblaciones offerunt reuerenter secundum hoc quod cuilibet est facultas in signum trium regum qui tunc domino munera obtulerunt. Et postquam cruce itaque adorauerint et ei munera obtulerint ex tunc vna pars post alia ad ripam Jordanis ad locum quo baptizatus fuit Ihesus ordinate procedunt et tunc quilibet presbiter legunt etiam in latino hoc ewangelium hoc modo Secundum Johannem In illo tempore venit Ihesus a Galilea ad Johannem ut baptizaretur ab eo in hoc Jordane in isto loco. Et lecto ewangelio benedicunt aquam et cruce baptizant. Ex tunc omnes claudi ceci et infirmi quorum maxima multitudo tunc ibi conueniunt et portantur nudi in Jordane se mergunt balneantur et lauant quorum quamplurimi ex fide sanantur. Et tunc omnes homines habent vascula vel vasa in quibus recipiunt aquam benedictam ex Jordane quam ad longinquas partes portant et mittunt que per totum annum permanet incorrupta et ex ea infirmi bibunt vel se lauant quorum quamplurimi in honore dei sanitatem consequuntur. Et itaque peracto iuxta Jordanem ordinate diuino officio ex tunc omnes presbiteri christianorum ad propria pacifice recedunt. Et est ibi tunc etiam magna custodia armatorum ex parte Soldani ne fiat ibi aliqua rixa vel discordie vel conspiraciones. Et inter Jordanem et Jherusalem est quedam pars deserti que ibidem montosum vocatur et in ipso deserto Johannes baptista habitauit et primum predicauit et ibidem venit Ihesus ad Johannem ut ipsum in Jordane baptizaret. Et in hoc deserto Ihesus xl diebus et xl noctibus ieiunauit et ibi dyabolus eum temptauit. Et iuxta Jordanem contra locum quo baptizatus fuit Ihesus et ad tractum balliste est monasterium ordinis sancti Macharij cuius monachi brachium sancti Johannis dicunt se habere. Ima Jordanis in medio et qui suo fluxu et meatu est circa xij passibus latus et habet multum limosum fundum et ripas altas et paludes nec habet aliqua vada nisi in loco iquo Ihesus est baptizatus et ibidem etiam filii Israel sicco pede transierunt quando Jhericho destruxerunt. Et Jordanis aliquando ex aquis pluvialibus de monte Lybani et aliis montibus venientibus tantum inundat et crescit quod fines suos usque ad illud monasterium excedit et portare posset naves honestas. Et locum monasterii a Jordane in tantum est translatum et oritur Jordanis ad radices montis Lybani ex duobus rivis quorum unus Jor, alter Dan nominatur qui duobus locis in mare Galilee incidunt et aperte per idem mare transeunt et in unum flumen exeunt et Jordanis nominatur et durat fluvius Jordanis ad viginti maiora miliaria istius patrie et a loco quo baptizatus fuit Ihesus incidit in mare maledictum et ultra non apparet. Et est questio in partibus illis quare aqua tam benedicta intrat in aquam tam maledictam et dicunt quidam quod in suo introitu et in profluxu a terra absorbeatur. Nam aliquando Jordanis in tantum crescit et inundat quod esset impossibile si ipsum mare intraret quod fines suos non excederet et inundaret. Et alii dicunt quod aqua Jordanis tam benedicta propterea intraret aquam tam maledictam quod maledictionem unius per undarum altius tempestet et sic utrumque est credendum. Item mare mortuum seu maledictum quo Zodoma et Gomorra, Sabaym et Adama et alie civitates et ville et castra steterunt que deus subvertit et est circa lxxx miliaria istius patrie longum et latum. Et nulla creatura vivens per maledictionem eius in ea recipitur. Et dum ventus per idem in tempestate transit ex tunc omnes homines per maximum spacium circa habitantes habitacula eorum claudunt nec aperiunt nec aliquid pecora extra domum permittunt. Alioquin ex eius intollerabilissimo et pessimo fetore inficerentur. Et illa tempestate quamplurimi pulchriores lapides et alias varias pulchras res eicit quas si aliquis in manu sua receperit infra triduum fetor a manu non potest aboleri et lavari. Et circa et circum idem mare usque Jericho est multum pulchra et delectabilis terra et pulcherrime arbores pomifere hyeme et estate eque virides. Et poma et fructus earum dum ex delectatione franguntur sunt interius cinis et favilla cum pessimo fetore licet sint foris visu multum pulchre et delectabiles. Et circa idem mare sunt plurimi ceti venenobilissimi hospites qui tyro uocantur. Vnde syriaca ecclesia que in aliis locis perit in illo loco maledictus nunquam recipiuntur. Ceterum alii christiani heretici scismatici super dicti qui in aliis partibus degunt non possunt ad Jordanem pertingere vel venire hinc a maiore usque ad minorem in die epiphanie domini ad ecclesias perueniunt et cum maxima sollempnitate et deuocione hora debita conueniunt omnes et cum episcopis abbatibus et presbiteris ordinatis religiosis cum crucibus thuribulis candelis ad proximam aquam fluentem, ad quam attingere et venire possunt cum processione sollempnissime vadunt et quelibet secta et genus christianorum vadit ad aliquem specialem locum et tunc magno silencio facto vnanimiter cuncti ea munera in signum trium regum offerunt reuerenter et deuote et tunc legitur ewangelium Cum natus esset ihesus in bethlehem etc. Et quarumque linguarum vel litterarum vel nacionum vel ritus existunt semper tamen legunt illud ewangelium in latino et loco ewangelio extunc episcopi et alii presbiteri benedicunt aquam in signum Jordanis et in ea crucem baptizant. Et tunc ecce quam plurimi infirmi ceci in ipsa benedicta aqua se lauant quorum quamplurimi per fidem eorum recipiunt sanitatem et in terris christianorum vel sarracenorum semper ipso die epiphanie in tali populorum congregacione a soldano et aliis regibus adhibentur magne custodie armatorum ne a vulgo et in populo fieret discordie vel rixe seu alique male conspiraciones. Et tunc omnibus ritibus peractis extunc omnis populus cum gaudio recedit et itinere iactat se cum pomis que poma aranzia vocantur que tunc ibi existunt matura sunt ut ad propria redeant.

Ca. xliij Capitulum

Item omnes episcopi et abbates et bonorum christianorum et hereticorum cuiusque ritus et condicionis vel nacionis existunt in omnibus partibus orientis in die premissa legunt idem ewangelium Cum natus esset ihesus in bethlehem etc. sic in partibus istis legitur ewangelium In principio erat verbum etc. et legitur in eorum litteris et linguis et non in latino nisi in die epiphanie. Secundum tamen legitur diuersimode secundum quod ibidem ewangelium est particula. In iherusalem et sua diocesi legitur sic Cum natus esset ihesus in bethlehem in diebus herodis hic regis ecce magi ab oriente venerunt huc dicentes etc. Item in bethlehem et in sua diocesi legitur in ewangelio sic Cum natus esset hic ihesus in diebus herodis tunc hic iudee regis etc. Item nubiam soldani indilegitur sic: Cum natus esset Ihesus in Bethlehem Iude in diebus Herodis regis ecce tres reges venerunt de oriente de regnis suis et partibus versus Iherosolimam dicentes. Item alii christiani et heretici per quorum terras et loca hii tres reges in accessu et reditu transierant in specialem honorem quod exinde habent in eorum terris et aliis ubicumque degunt legitur id ewangelium in hunc modum: Cum natus esset Ihesus in Bethlehem Iude in diebus Herodis ecce magi reges gloriosi cum magna habundancia ab oriente venerunt et per nos transierunt. Et sic omnes christiani in missa et post missam legunt id ewangelium in presenti sic in eorum terris et partibus est pactum. Item Sarraceni qui sunt de lege Machameti et alii Tartari et Turci etiam ipsos gloriosos tres reges habent in aliquali reverencia speciali. Item in omnibus partibus et terris eorum in ecclesiis christianorum per eos destructis et desertis omnium ymaginum in hiis sculptarum vel pictarum cum cultellis eruunt ~~[illegible]~~ oculos et nasos abscindunt et deturpant [illegible]. Sed ymagines ipsorum trium regum beatorum semper integras et illesas stare permittunt. Item Iudei perfidi habent hos tres reges in reverencia et memoria sed absconse sub velamine plus omnibus scripturas et prophecias intelligunt et exponunt. Item ex quo ipsi tres reges in Iherusalem eorum civitati regali tam clara irradiante et flammea stella duce Iudeorum regem natum quesiverunt nec invenerunt. Unde in huiusmodi signi et regni et stelle memoriam ab illo tempore stella ex argento vel ere fusa in modum lampadis pluribus luminibus accensa et irradiantem et totam eorum domum illuminantem et precipuis eorum festivitatibus de vespere et de nocte super mensas eorum in presentem diem pendere consueverunt. Item in eorum libro secreto qui Thalamuth vocatur continetur quod Iudeorum rex qui Messias nominatur quod adhuc non sit natus sed dum ille advenerit et nascetur extunc plus in omni mundo mille annis imperabit et christianos subpeditabit et Iudeos super ipsos et omnes gentes et populos exaltabit et ipsis omnes terras et omnia regna in quibus nunc humiles sunt et degunt dispersi ad voluntatem eorum subiciet et subiugabit. Unde in libris Iudeorum in oriente ad fidem christianam conversorum habetur in Thalamuth Iudeorum huiusmodi expositiones continentur videlicet quod ipse angelus qui filios Israel in egressione de Egipto cum columpna ignea duxit et precessit et omnibus eorum viis illuminavit. Ipse idem angelus etiam hos tres reges cum stella radiosa et ignea duxit et antecessit et ipsignorum ex stella sit audita que ipsis regibus et omnibus tunc Iudeorum regem natum annunciavit et ipsum adinquirendum et adorandum hortabatur et mandavit. Unde ab illo tempore Iudeorum seniores scripturas scientes in huiusmodi stelle prophetate pastorum et complexorum et ipsorum regum memoria sub palliacione secta ut supra dictum est in eorum papirulis festis in domibus eorum hanc stellam accensam posteris eorum instituerunt et in omnibus partibus orientis ab illo tempore usque in presens in eorum synagogis stellam pingi vel sculpere fecerunt ut etiam in partibus Sarracenorum adhuc in pluribus synagogis reperitur. Et est sciendum quod Iudei habent quendam secretum librum qui thalamuth in hebrayco dicitur in quo omnes prophetie et cetera alia sunt scripta et omnium scripturarum veteris et novi testamenti speciales articuli et super hiis et contra hos va~~rie~~rie et diverse et perverse continentur opiniones et exposiciones et quamplura fabulosa que in Biblia vel in illis scripturis reperiuntur cum omnibus prophetiis et cetera alia et scripturas eq-

nova ad eorum voluntatem exposuit et declaravit. Iste preterea sunt absque fide vel lege tamen cum christianis in civitatibus eorum orant. Et sicut quod a parentibus eorum et aliis sunt instructi. Et dicunt quod postquam corpora trium regum de partibus eorum de oriente in occidente fuerunt translata quod ex tunc stella magis in partibus eorum et regionibus Nestorinorum postmodum non fuit visa. Unde Nestorini pessimi heretici propter vicium et invidia odiose in oppositum allegant dicunt quod stella magis in perfide et eorum regionibus non videatur hoc non fuit nec evenit ex ipsorum trium regum translacione sed fuit ex plaga et regionum eorum situacione. Et est ea questio in partibus illis quod quo mundus in modum pomi sit rotundus et mare mediterraneum desuper stet cuius altitudo quasi omnium moncium aliarum partium altitudine excedat et magnum mare occeanum in finibus mundi partibus se confluat et versus septentrionem iuxta Constantinopolim et occeanum effluat et inter Callabriam et Apulleam ab altitudine ad inferiora cum tanta velocitate descendat quod aliquis navigia licet sub bono ductore speciali ibidem non potuit pertransire quousque ipsum mare mediterraneum ex qua vi in extremis mundi partibus versus meridiem inter Hyspaniam et et marrathyma cum tali et tanta velocitate ex magno mari occeano influat et tantam altitudinem mundi ascendat et ipsa aqua ibidem adhuc non plene est soluta. Quod ut ad propositum redeatur.

Sequitur xliiij Capitulum

Nestorum perfidiam de quibus est supra dictum sunt homines de regno Tharsis et insule Egriscumba nati in quibus regnavit Caspar tercius rex Ethiops qui domino mirra obtulit et in mundo non sunt peiores heretici et eorum heresi invalescente tota completa regna fuerunt infecta et corrupta et hij inter alios suos errores ut inde contendunt et hij a fide katholica et domino presbitero Johanni et eorum domino et a fide Thome Indorum et ipsorum patriarche se potenter alienabant et apostatabant et rebellabant et per longa tempora ab aliquibus doctoribus et sanctis patribus et predicatoribus venientibus et signis ab eorum nequicia et eorum heresi numquam potuerunt revocari. Sed Anno domini m° cc° lxviij deus homines rudes et viles qui in adiacentibus Nestorinorum terris pastores erant contra hos Nestorinos incitavit qui se Tartaros vocaverunt et sibi fabrum in capitaneum elegerunt et prefecerunt qui tunc potenter eruperunt et omnia regna et terras ipsorum Nestorinorum destruxerunt et ipsos iuvenes et senes prout deo placuit absque aliqua misericordia interfecerunt et deleverunt et omnes eorum civitates et villas et castra et regna ceperunt in quibus nunc Tartari habitant et regnant in presentem diem. Et ceperunt Cambalech et in paucis diebus oppugnaverunt Baldach in qua fuit Sarracenorum calipha successor Machameti in eorum lege sicut papa sancti Petri successor itaque ei per omnia obedierunt. Et ipsum calipham fame occiderunt et postmodum calipham Sarracenorum non habuerunt nec habent in presentem diem. Et eciam oppugnaverunt Thauris et tres civitates que sunt meliores et ditiores quam totum dominium Soldani. Ita de fortitudine civitatis Cambadalech et diviciis nullus potest plene enarrare. Et Baldach est civitas que ab antiquo Babilonia magna vocabatur in qua fuit turris Babel sed est a loco quo Babilonia quondam stetit propter paludes vermes et bestias periculosas ad dimidium miliare translata. Et civitas Thaurisia ab antiquo vocabatur Susis in qua regnavit Assuerus rex. Et in ipsa civitate in templo tartarorum est arbor arida de qua plurima narratur in universo mundo, que ultra modum cum armigeris et stipendariis custoditur et seris et aliis diversis muris et ferris est quasi multipliciter serata et inclusa. Item ab antiquis in omnibus partibus orientis fuit et est consuetudo quod si quis rex vel dominus vel populus tam potens efficiatur quod scutum vel clypeum suum in illa arbore potest pendere et violenter, illi regi vel domino vel populo totum viginti quinque provincie ab India usque ad Ethiopiam absque omni contradictione alicui regi vel domino vel populo aut necnon eorum regi vel domino in omnibus et per omnia obediunt. Et si aliquis rex vel dominus aut populus ipsam civitatem vi non caperet et oppugnaret et ad illam arborem scutum vel clypeum pendere non posset, extunc cum ipsis non obediret et ipsam civitatem omnes ibidem maxime defendunt quousque ab ipsa violenter debellatur. Item ad obtinendam totam terram aliqua civitas nec thaurus queritur nec circumvallatur. Et nunc dominus tartarorum in illis partibus Canis imperator Cathagie vocatur in presentem diem. Et nunc non est maior vel potentior vel ditior dominus in mundo. Item de quo breviter temporibus preteritis ubi omnes terras regna et provincias et gentes quibus natus fuit dominus tradidit propter peccata eorum et subiecit. Item ipse idem Imperator sibi se habet et regnat in omnibus terris provinciis et regionibus in quibus Nabuchodonosor, Darius, Balthasar, Arfaxat, Assuerus et Romani in oriente ab antiquo regnabant, ut ipse Imperator tartarorum pro modo in omnibus multum faciebat. Et ipsamet in terris et regnis suis christianis et fides christiana que in omnibus terris provinciis et regionibus per infideles et hereticos et nestorinos fuit ablata et oblita, nunc per fratres minores, augustinenses, predicatores, doctores ac carmelitas de regno incipit reflorere. Item mercatores de Lumbardia et aliis partibus ditissimi qui in ipsis partibus degunt et frequenter perveniunt trahunt hos ordines ad illas partes et eis cum auxilio aliorum mercatorum et fidelium claustra fundunt et omnia necessaria largiter administrant secundum quod quis aliquem ordinem diligit. Et ipsi mercatores in diversis provinciis emunt innumerabiles pueros diversis linguis eruditos quos dant ordinibus, tunc ab eis non possunt se alienare vel apostotare, et illos pueros fratres docent latinum et docent et expo-

-nunt suis libros in quibus continentur omnes confusiones iudeorum et hereticorum et omnem eorum opinionem et errorem et tales libros et eorum expositiones docent ipsi pueri cordetenusque sicut scolares docent cordetenusque regulas vel donatum et tales pueri apti et diversis linguis eruditi dantur et portantur et mittuntur ibi in ordinibus de longinquis partibus amore dei. Et illi tunc ab ordinibus non possunt fugere vel apostatare quia ordinibus iugo fuerunt (?) asscripti et per talem modum fratres mendicantes in partibus illis quam plurimos episcopos habent predicatores ipsi imperatori et quam pluribus regibus aliis hominibus dilectos. Et ille imperator tartarorum qui regnavit Anno domini .m°.ccc°.xxx°. pl°. fuit homo statura brevis et vultu humilis et devotus adorabat deum in mortale hic (?) fecit et dedit edictum in omnibus terris et regnis suis quod omnis homo posset vel quamvis legem vel fidem vel ritum vellet dummodo ydola non adoraret sed deum immortale (?) ... ipsi fratres de ordine mendicantium quam plurimos diversorum errorum vel rituum homines ad fidem katholicam attraxerunt. Et eciam iidem fratres imperatorem induxerunt quod biblia in diversis linguis et literas transferre fecit et omnia que deus per ipsos reges in quorum regnis ipse regnavit fuit operatus pacem in prandiis (?) et tempus legem fecit et deo gratias pro omnia egit quod ipsum ad hoc predestinavit quod ipse pro omnia regna aliorum regum regnaret et super omne prandium benediccionem et post prandium gratias in lingua sua legere consuevit. Et habet imperator filios primogenitos Melchior Balthazar Caspar et quartus David vocabatur et constituit in perpetuum utraque filios suos nominare et ille fuit tercius imperator tartarorum ex causa prout inferius audietur.

Sequitur .xlv.ᵐ Capitulum

Omnis quoque populus tartarorum arripuisset et omnia regna terras et provincias infidelium specialiter istorum nestorinorum prout adeo fuit diffinitum ita quod cepisset et destruxisset et ipsos sub una interfecisset et funditus delevisset. Et tunc ipsi nestorini a presbytero Iohanne auxilium implorabant et se ad fidem christianam et ad suum dominium sub tributo se conversuros et reversuros (?) promiserunt. Et cum presbyter Iohannes facere proposuisset exercitum contra reges ubi ipsum in primis monuerunt ne nestorinis auxilium vel consilium ferret inhibuerunt. Ita apud deum esset diffimitum quod debet deleri et perire et funditus exstirpari. Quia deus eorum nequitiam diutius nollet sustinere obstinatam tamen ne nestorini consiliantibus presbiteri Johannis mulieribus convenerunt quod presbitero Johanni dixerunt sompnia ho debet curare sed ipsum in eorum auxilium mulcerunt et incitaverunt quod david suum primogenitum cum valido exercitu in auxilium misit nestorinis quod tartari cum suo exercitu cum nestorinis interficerent et quam plurimas terras et regna presbitero Johanni abstulerunt et quam plurima alia sibi abstulissent. Sed presbiter Johannes penitencia ductus auxilium trium regum beatorum et dei invocavit et imploravit qui tunc de nocte cum validissimo exercitu imperatori tartarorum in sompnis apparuerunt horribiliter et preceperunt ut a persecucione presbiteri Johannis et subditorum terrarum statim desisteret et cum ipso pacem et firmas amicicias et treugas iniret et faceret inter ipsos perpetue duraturas horribiliter preceperunt. Sed terras presbitero Johanni propter eius obedienciam ablatas obtineret in memoria ut sui posteri et alii timerent in exemplum. Unde ipse imperator tartarorum hac visione et iussu perterritus licet esset absque lege et tunc gentilis tamen statim legatos suos misit ad presbiterum Johannem et perpetuam pacem et firmam amiciciam fecit et iniit ita videlicet quod in perpetuum primogenitus unius filiam alterius recipere debet in contoralem. Et tunc pax et amicicia et contractus est inter eos in hodiernum diem. Et cum imperator de tribus regibus qui sibi tam horribiliter in sompnis apparuerunt fuisset instructus et eorum regnis et dicionibus et eorum vita et gestis fuisset informatus extunc constituit quod semper suus primogenitus et alii filii successores horum trium regum nominibus debent appellari et in memoria ipsorum trium regum in perpetuum nominari. Et isti nestorini fuerunt deleti et de regnis et terris eorum expulsi sed nunc habitant in ipsis partibus et aliis terris sicut in istis partibus iudei undique degunt dispersi et in eorum propriis terris et in quibuscumque locis degunt semper pro aliis hominibus specialiter dant tributum. Sed obtinuerunt et habent adhuc sub se sub speciali tributo fortissimam et famosissimam insulam que egriseuwa nominatur de qua Caspar tercius rex ethiopum qui domino mirram obtulit rex insule nominabatur. Et in ipsa insula corpus beati thome absque aliquo honore quiescit et illud corpus a nestorinis bis est ablatum et ipsis ex legittimis causis totaliter restitutum. Et hanc insulam nestorini in quantum in eis est et ulterius prout nullum divinum honorem nisi sit de ritu eorum vel per officiatos imperatoris transire et pervenire permittunt. Et omnia eorum mercimonia ad vendendum ex hac insula ad alia deportantur et ad eandem insulam alia mercimonia de aliis partibus ipsis ad emendum deportantur. Et in omnibus partibus orientis non est homo christianus katholicus vel peregrinus aut mercator visus qui dixisset se in ipsa insula fuisse et corpus beati Thome vidisse. Ita que vaticinium est in omnibus partibus illis quod adhuc corpus beati Thome apostoli tres reges debent sequi et Colonie transferri et ibidem in perpetuum permanere et quomodo et qualiter et per quem modum hoc fieri debeat et prophetia publice vaticinatur. Et dicunt vulgariter quod adhuc veniat tempus quando hoc prophetia deo placuit quod erit et veniat adhuc unus archiepiscopus coloniensis quem deus ad hoc elegit tam Prudens et potens qui ordinat copulam et matrimonium inter filium et filiam imperatoris romanorum et imperatoris tartarorum quos deus ad hoc predestinavit et cum ipso contractu et amicitia reddetur christianis terra sancta et omnia ibidem revertentur et constituentur in bonum et in statum pristinum et cum hiis et in hiis corpus beati Thome apostoli et corpora trium regum Colonie debent transferri. Et quia clerici et tota nestorini corpori beati Thome non adhibent reverentiam sicut propter famam ex invidia enim itaque fuit destructa et adhuc plus debent annichilari et dehonestari. Ceterum hii nestorini utuntur quodam libro ex veteri et novo testamento collecto ut et inde concidunt et qui potestates erant extunc maiores et peiores eorum hereses articulos post mortem venerabilis Origenis in ~~his~~ locis in quibus ipsis expedire videbatur libris suis inseruerunt ut ipsorum erroribus consentire et confirmare videtur et eorum erroribus reverentia et honore. Tamen de eorum magnitudine qua contra deum et hos reges habuerunt pre omnibus hereticis in oriente omnibus christianis et sarracenis sunt odiosi et exosi et omni favore potentia et honore apud deum et homines sunt privati debet dicere per singula satis longum. Ceterum festum beati Thome apostoli pre aliis apostolorum festis celebrius habetur in omnibus partibus orientis sed de quam pluribus miraculis que in partibus istis de eo leguntur et dicuntur de hiis in partibus illis nichil reperitur

Ita legitur in partibus istis quod in civitate qua corpus beati thome quiescat ibidem ultra annum non possit vivere hereticus vel iudeus de hijs ibidem mo mil sentit quia eius corpus absque aliqua reverentia inter pessimos hereticos quiescit. Item legitur quod corpus beati thome apostoli in kathedra aurea resideat et dignis eukaristiam tradat et indignis retrahat et de hijs omnibus et alijs que de beato thoma in hijs partibus leguntur et dicuntur penitus nichil vidi. Sed quando dum corpus eius in alijs locis inter homines katholicos quiescebat hec omnia et quam plurima alia mirabilia fiebant videbantur. Item in omnibus partibus orientis quam plurima mirabilia de tribus regibus dicuntur et leguntur que in colonia non videntur videlicet dicitur et legitur ibidem quod ipsa stella que ante ipsorum trium regum decessum super civitatem Seuwa in monte vaus applicuit quousque ipsorum trium regum corpora colonie transferebantur super civitatem stetit et monte locum mutavit. Sed postquam corpora eorum fuerunt colonie translata extunc deinceps ipsa stella ceteris stellis pulchrior et splendidior super coloniam transivit et immobilis permansit et videatur in presentem diem. Item dicunt Indi et in eorum libris legitur quod in colonia ante hostium ipsorum trium regum loculum sit stella magna aurea in modum prout ipsis tribus regibus apparuit ex cuius splendore candelabrorum appositorum tota ecclesia intus refulgeat et illuminetur. Item dicunt Indi et in ipsorum libris legitur quod in colonia dextera brachia ipsorum trium regum sit multum venerabiliter et ditissime alijs brachijs aureis inclusa et in unius regis brachio manus sit aurea et in secundi regis brachio sit thus et in tercii regis sit mirra et ipsa brachia principibus et peregrinis cum reverencia demonstrentur. Et extunc ipsa ossa sacra cum instrumento argenteo fricentur et sindone tergantur et quanto plus fricentur tanto plus in modum aromatum conteruntur per totam ecclesiam miri odoris fragrancia ex ipsis ossibus sacris senciatur. Item dicunt Indi et in ipsorum libris legitur quod quandocumque aliqua tribulacio vel potestas ex partibus terre ecclesie seu civitati coloniensi instat vel immineat extunc ipsa brachia predicta a tribus presbiteris coronis aureis coronatis cum stella aurea ad hoc statuta ante sacramentum in altari positum dominicum per civitatem coloniensem portentur et cum pervenerint ad aliquam ecclesiam quam ad hoc elegerint extunc ipsi presbiteri coronati

ferunt ipa triu regu brach-
ia alternati vnq pq alium
ad dnicu sacmtu i altari
poitu 7 i mod tu regu
offerunt dnico sacmeto
munera q i ipis brachijs
sit anexa Et q tr tati
ppli gcursu 7 gfluxus
et gtricio et deuoco ab
oibq ppls iuadat oiat
7 accrescit q deq qcuq
tribulacom et angustia
imminete abipis auferat
Ite dicut Indi q sepul-
chro ipoz triu regum
i ciuitate seuwa in qua
po defucti fuut positi 7
pqmod excepti et adt.
ibid integro remasit.
7 adhuc a longinqs pti-
bus a diusis nacoibus
7 hoibq deuote visite
Et deq p merita ipoz triu
regu ibi mltas virtu-
tes opat et dicut q sup
id sepulchro adhuc stet
stella aurea q ab illo
tpe qn ipi 3es reges po
fuert sepulti 7 adhuc
remasit et deq p merita
ipoz triu regu ad se-
pulchro eoz uenientibq
et ipos uenerantibq mul-
ta mira 7 vtutes opet
i pntem die Itm dicut
Indi q frequter i ihrlm
7 ad alias cta ptes ca
deuocois memoriaz ul
delectacois frequt puen-
ut q adhuc i ipa ciuitate
seuwa hant reliqas
barbaraz 7 Josaphat 7
alioz plurimoz scoz de
semine regali reliqas
venerandas It indi q
ihrlm et alias cta ptes
frequt puenunt hnt 7
portat penes se anu-
los et denarios aureos
quos a peregrinis asma-
rinis emerunt qui reli-
quias scoz triu regu
i colonia tetigert quos
cu deuocoibq mltu ve-
nerat et frequt osculat
7 asserut q p fide et
deuocom p ipos qplu-
rimi i firmi sanitates
cosecut Itm sic qplur
mi perciti peregrini qui
de ptibq asmarinis ad
illas ptes frequt pue-
nerut et aliqua mem-
moria de ptibq ibi defe-
rut q de colonia asserut
detulisse et quida deceis
deferut tra qua de ca-
miterio xi milium vgin
asserut ee supta et ta-
lia clenodia de colonia
et ilem tra querut in
di i hospicijs ilim peg-
noz 7 de talibq inqui-
rut et asserut yndi q
i ptibq eoz i horribi-
lissimis paludibq 7 aqs
vlt oia alia i comoda
i audita maxiaz rana-
ru paciut uexacoes
Sz cu de illa tra i palu-
dibq ul aqua piciat
omo rane rauce fiat
7 qplurima alia mirabi-
lia de reliquijs triu
triu regu 7 xi milium

virginis in omnibus partibus orientis dicitur et legitur plus quam in partibus istis de quolibet per singula longum esset enarrare. Unde quia plurimi undique frequentant Jherusalem et alias sanctas partes propter diversas causas pervenerunt multum ampie et ardenter utique Coloniam transire desiderat si frigus et statum patrie posset tollerare quod ex quampluribus in itinere moriuntur et quamplurimi revertuntur. Nam Yndi postquam terra eorum et partes unde sunt egressi nullum omnino frigus possunt pati sed statim induunt pellicia vestes ad talos longa consuta ex pellibus nobilissimorum animalium naturaliter rubeis et multum hirsutis et licet sit in augusto in ferventissimo solis ardore tamen sibi videtur quod tantum frigus esset in alienis partibus quod non possint tollerare. Et quanto plus versus ortum solis tanto plus sunt homines debiliores et minores sed sunt optimi sagittarii et in omnibus multum astuti. Sed cum Jherusalem et alias sanctas partes Yndi pervenerint omnia que de regibus et principibus terris et regnis istarum partium transmarinarum et specialiter de tribus regibus et Colonia et eius clero et populo pertinent inquirunt et investigare sub aliquo episcopi vel principis sigillo vel litteras scripta petunt et recipiunt licet presbitero Johanni et patriarche Thome cuius potentie et dominationi. Nam in omnibus partibus Yndie et orientis omnes populi nationes et lingue hos tres reges gloriosos multum plus quam in hiis partibus habent in reverentia speciali et honore et merito ab omnibus populis tribubus et linguis hii tres reges gloriosi primicie gentium ex gentibus primicie virginum specialiter sunt honorificandi et glorificandi. Nam sicut operarii qui inchoatione novi testamenti et vocatione gentium in novissimis mundi partibus pro celeste premium familias in vinea sua missi quorum mane hora prima tercia sexta nona operarii in ipsa vinea fidelissime laboraverunt et absque murmure mercede aliquale perpetue receperunt. Mane vero in Jherusalem et Bethlehem hii tres reges gloriosi inter Iudeos ex ipsa vinea primissos et iresponsabiles indkyre perfidie et invidie lapides longe foras miserunt et eiecerunt. Hora prima hii tres reges gloriosi in carne viventes inter gentes ipsam vineam diversis tribulis carduis et spinis diversorum errorum et ydolatrie occupata una cum beato Thoma apostolo mundaverunt et novas fidei katholice palmites et vites in ea miserunt.

plantauit. Hora tercia huius
3b gloriosi reges defuncti per
venerabilem helenam de-
uocione congregati et collecti
huius vinee macerias ex-
clusis impedimentis ⁊ heresi
⁊ ydolatrie dirutas eciam
de nouo reposuerunt et
palmites fidei qui in ipsa
vinea iam marcescentes pe-
rierant ⁊ arescere ceperunt vir-
tutibus ⁊ signis irriga-
uerunt ⁊ dulcibus miraculis
refecerunt quod denouo fi-
dei katholice vineas et
fructus produxerunt. Hora vj.
huius 3b reges gloriosi qui in
medio mundi in grecia ⁊
constantinopoli translati ipsam
eciam vineam eciam virtutibus
⁊ signis plantauerunt ⁊ pu-
rificauerunt ut plus fidei
fructus faceret ut eius pro-
pagines ad omnes fines terre
per fidem ⁊ noticiam eorum se
extenderet ut omnes popu-
li tribus et lingue ac nacio-
nes de eorum fructibus ac
vinee vinis ⁊ botris sa-
ciati et inebriati nomen
domini quod prius solummodo in
iudea latitabat ab or-
tu solis usque ad occasum
collaudarent. Hora nona
huius 3b reges vinee domini
sabaoth pariter gloriosi
causa in ipsa vinea plus
expandi per mare transeun-
tes de oriente in occidentem
videlicet de Constantinopolim
in mediolanum translati ⁊
ipsa vinea dumis suorum he-
sium et errorum hereticorum
vulpeculas qui ipsarum vi-
neas dulcissimas radicibus ⁊ heresibus
demoliri nitebantur predi-
cacionum ⁊ sanctificacionum et
exposicionum ac inplacacionum
eorum munerum que domino ob-
tulerunt ut est supra dictum
depulerunt effugauerunt
⁊ radicitus extinxerunt.
Vndecima vero hora circa oc-
casum solis extunc in mun-
di et solis occasu huius 3b
reges pariter gloriosi de
mediolano in coloniam
translati etiam mercede equa-
li ab eis ac celesti patre-
familias recepta pre-
tium quiescendi locum ibi
elegerunt hic tamen postmodum
predictam vineam domini sa-
baoth virtutibus ⁊ miraculis
et signis ibidem in presentem
diem colere deseruiunt. Nus-
quam enim tocius noui testa-
menti scriptura reperitur ali-
quem vel aliquos sanctos ab
ortu solis usque ad eius
occasum tam venerabiliter et
gloriose ac specialiter ⁊ mira-
biliter sicut hos 3b reges
gloriosos ad loca tam insig-
nia fore translatos ⁊ no-
uissime ad ciuitatem et ecclesiam
absque dubio ab omnipotenti
deo ad hoc specialiter predestina-
tos electos ⁊ deputatos.
Nam quamuis ab ortu solis
vsque ad occasum sint quam-
plurime ecclesie ciuitates
et loca magna maiorate
⁊ maxima que deus sua dei-

et quamtote ipse et alios quamplurimos sanctos in vita et in morte et post mortem specialiter honorauit et glorificauit et quamplurimis prerogatiuis honorauit et decorauit et diuersis virtutibus et signis et reliquiis venerandis illustrauit et decorauit. Cum inter has et omnes ceteras ciuitates et loca non est aliqua ecclesia tam nobili canonicorum collegio qui deo in ipsis personis adherendo sunt assistenti sicut ecclesia coloniensis ornata nec aliqua ciuitas cum honestissimo populo et aliis dei ministris sicut ciuitas coloniensis decorata quod ex diuina prouidentia scilicet namque specialiter factum fuit quod omnipotens deus in ipsa ecclesia tam nobiles suos ministros instituerit et ordinauerit. Et in hac ciuitate tam honestissimum populum predestinauerit et in qua tam nobilissimos tres reges suos primicias gentium et virginum perpetue manendo collocauerit. Letare nobile collegium quod te deus tam singulari priuilegio a maioribus principibus prerogatiuis honoris et naturis donis pre cunctis collegiis preamauit et ditauit et te in suos nobiles ministros pelegit et ordinauit et tibi specialissimum suum thezaurum tres reges primicias gentium et virginum et eorum fundamento a bortu

specialibus pre aliis locis et ecclesiis egregiis et insignibus specialiter et mirabiliter destinauit et diligenter commendauit. Vnde de hiis omnibus deo gratias agere et in eius et suarum primiciarum laudibus et seruiciis tibi specialiter iunctis ex hiis et quamplurimis dotatis beneficiis consecutis nunquam cesses vel fatigeris nec ipsis fine verecunderis ne vt nestorini deo et suis primiciis et hominibus de superbia expositis ira et furore dei aliquando visiteris arguaris vel corripiaris et exterminaris et tamen specialissimis prerogatiuis quibus ex hiis cunctis precellis ex ingratitudine sicut isti nestorini priueris et ab omnibus honoribus abiciaris et in extremo iudicio cum sinistris reprobis. Sed cum innumeris gloriosis deo et suis primiciis et hominibus dilectis et electis cum quibus in vniuerso mundo ex hiis pre aliis collegiis extolleris et ab omnibus singulariter veneraris in die iudicii cum nobilissimis tribus regibus primiciis gentium et virginum a dextris colloceris. Nec ergo absque presagio illa ciuitas gloriosa que ab antiquo agrippina vocabatur nunc sancta est nomine quod a colendo deum colonia ~~vocata~~ nuncupatur. Nam in omnibus partibus orientis in ecclesiis omnibus oratoriis et capellis et locis in quibus istorum trium regum gloriosorum laus diversis litteris et linguis est conscripta inter alia que de ipsorum laudibus rigmatice vel prosayce in latino sunt scripta prout subsequitur scriptum reperitur

Sequitur xlvi Capitulum

Ab helena crux inventa per quam hec hiis eadem regina est postea inventa congregandis regibus. Inde reges olim peregrini ornant urbem constantini allatis corporibus. Unde inde sunt translati commendati antistiti cui nomen ambrosia. Terminatos ter translatos munere dei sibi datos. Colit hiis colonia. Ortus dedit occidenti quod tres reges terminati excolit colonia numquam locum mutaturi nec ut olim reversuri sunt per via alia. Colunt reges propter regem summum regis servat legem coloni colonie. Gaude felix colonia que speciali gratia et prudentia ditata tam nobilissimis tribus regibus primiciis gentium et virginum et tam nobili collegio ipsorum ministrorum ornaris de quibus plus omnibus opibus tuis gloriaris et ubique terrarum ab omnibus populis specialiter amaris. Et propter hos ultra omnes civitates mundi et loca specialiter indesinenter quereris et veneraris et frequentaris pre omnibus mundi civitatibus regnis et locis a regibus et principibus et nobilibus tribubus et linguis usque ad fines terre nominaris. Unde quanto plus dei et tuarum primiciarum meritis et eorum nobilibus ministris pre aliis mundi civitatibus et locis insignibus et egregiis veneraris et amaris et extolleris tanto obligatior in dei graciarum actione et suarum et tuarum primiciarum et earundem nobilium ministrorum reverencia vice versa teneris. Unde deum et suas et tuas primicias et earundem nobiles ministros et tali et tanta reverencia et graciarum actione quod ex hiis in die iudicii sis secura in reddenda racione. Amen.

Calistus Episcopus Servus servorum dei venerabilibus fratribus patriarchis Archiepiscopis Episcopis Electis necnon dilectis filiis eorum in spiritualibus vicariis ac Abbatibus Ceterisque ecclesiasticis personis ubilibet per orbem christianum constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum hiis superioribus annis Impius nominis christiani persecutor Thurcorum tyrannus post oppressam Constantinopolim Civitatem in qua omne genus crudelitatis exercuit, semel non solum in homines sed ex quo in deum nostrum non poterat in suos sanctorumque reliquias impii desiderii conatu totis viribus sit persecutus, fideles populos ad quod valuit apparatu acerrimis cladibus affligendo, Ita ut nove plage in dies calamitatis mitterentur. Cumque sciamus quod indignius hiis non contentus sed maioris superbie cursu ascendens vastitatem totius populi christiani ac occidentis imperium mente conceperit, ad terras invadendas violenciusque se in dies parat, gestiens sicut ipsum omnium hominem de terra perdere. Et impiam eius machameti dampnatam et horrendam blasphemiam inducere. Hinc est quod nos pridem in tanta discrimina temporum et rerum condicione ad summi apostolatus apicem meritis licet insufficientibus evocati conspicientesque dominico gregi sic passim sub infideli gladio cadenti, quem dominus salvator noster custodiendum et pascendum nobis commisit, conati sumus usque in hanc diem quantum divina gracia largiri dignata est, hiis tam perniciosis conatibus nostras et romane ecclesie vires pro posse apponere. Ad hoc ipsum mente et animo sedule intendentes iam pridem declaravimus per orbem christianum toti clero et utriusque sexus fideles populos ad quem fidei causam per litteras nostras ac ceteros nuncios missos qui ad causam domini cruce tuenda quemque pro posse se accingere predicarent christianorumque adiumenta colligerent. Legatos insuper nostros partim ad pacanda regna partim ad excitandos reges et principes partimque ad congregandos ducendosque quatenus hodie alterius machameti vestigia imitante excitaverint. Nuper vero dilectum filium Ludovicum tituli sancti Laurentii in Damaso presbiterum Cardinalem Camerarium nostrum cum classe maritima ire auctore domino iussimus. Denique nichil omisimus quod tu dominus iuvare dignatus es et quod ad hanc salutarem expedicionem terra et mari proficere potuerit. Verum quia ut ait Apostolus nostrum est tantum laborare, solius autem dei incrementum dare. Videmusque vel actu esse tatorum operum studio non intimimus fletu et planctu et orationibus revertamur ad dominum, ut ipse revertatur ad nos qui pro nostris excessibus hodie flagellis conterit populum christianum velut servum scientem voluntatem domini sui et non facientem. ac propterea nitendumque et maxime oportunum ut misericordiam eius cum gemitu et lacrimis implorantes animas nostras in oratione humilique. Non in humanis tamen viribus nostris confidentes quia fragiles sunt et caduce, sed in domino exercituum qz ue z bnzib fortitudinis et qui olim Abrahe cum paucis vernaculis in domino confidenti de potentibus regibus victoriam dedit, ab ipso cum victoria belli. Non enim salvabitur rex per multam virtutem et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Ecce inquit scriptura: Oculi domini super metuentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius, ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame. Nonne orationibus magis quam armis Amalechitas Israheliticos populus superavit divina scriptura testante? Cumque levaret Moyses manus vincebat Israel. Cum autem paululum remisisset superabat Amalech. Et pugnaturi contra Philisteos petunt Samueli dixerunt: Ne cesses clamare pro nobis ad dominum deum nostrum ut salvet nos de manu Philistiorum. Cumque ille clamaret sacrificaretque pro illis, intonuit dominus fragore magno in die illa super Philisteos et exterruit eos, cesique sunt a filiis Israel. Nonne superbum Senacharib regem Assiriorum in multitudine exercituum et equitum gloriantem humiliavit Ezechie regis atque devota oratione? Centum octuaginta quinque milibus interemptis angelo percuciente una nocte contrivit. Cur non eos nunc moneat in hodiernis tribulacionibus et pressuris que ad victissimam artem sic ad orationem confugere. Regis Iosaphat plebs invasa quam magna victoria que Iudeis atque ab omnibus finitimis terre nacionibus generavit timorem perterritusque ad dominum totum se contulit, predicavitque ieiunium in universo Iuda et toto populo congregato devotissima obsecratione dominum exoravit, qui emisso spiritu suo super Iahaziel Zacharie filium ita ille respondit: Attendite omnis Iuda et qui habitatis Ierusalem et tu Iosaphat. Hec dicit dominus vobis: Nolite timere nec paveatis hanc multitudinem. Non est enim vestra pugna sed dei. Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo estote confidentes et videbitis auxilium domini super vos. Ac ille vehementius orationibus laudibusque divinis insistens cantores instituit qui laudarent dominum in singulis turmis exercitus veluti sermissa et i exepugna lia presidia antecedunt et voce consona dicerent: Confitemini dno qui motiui mia sius. Cumque illi laudes cantare cepissent convertit dominus insidias hostium in semetipsos. Ita ut invicem semetes mutuis conciderent vulneribus hostes quos artibus preparauerat. Judith holofernem necauit et tumorem maioris regis Nabuchodonosor superbiam quod fragilis femina oratione lacrimis suffulta contriuit. Non enim in multitudine est virtus tua domine nec in equorum viribus voluntas tua nec superbi ab initio placuerunt tibi sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Quid dicemus de fortissimo viro antiquis scilicet seculis glorioso Machabeo qui quociens oratione suffultus belli congressus est victor euasit ac uero cum oratione neglecta deo quasi non inuocato cum Anthiocho rege congreditur profligatus effugit. Et nimirum quia obmissis precibus bello contra bachide necatus et tandem occisus et dei populus contritus est. Dicamus igitur Justus es domine et rectum iudicium tuum merito omnia patimur quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus. Non complet diuina clementia tam seuero iudicio corripere populum peccatorem nisi cum illum videt a suis preceptis pertinaciter oberrare. Achior amonites licet gentilibus holofernis consilium dedit dicens. Perquire domine si est aliqua iniquitas istorum in conspectu dei ipsorum. Ascendamus ad illos quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi et subiecti erunt sub iugo potentie tue. Si autem non offensio est populi huius coram deo non poterimus resistere illis quia deus eorum defendet eos et erimus in obprobrium vniuerse terre. Hic timendum est et vehementer formidandum quia nunquam contra fidelem populum infidelium furor tantum preualere potuisset. Nisi in ipsis fidelibus saluator aliquid reperisset quod oculos sue maiestatis vehementer offenderet quia nunquam solet corruptos hominum mores bellis conterere atque emendare se de inimicis vendicare. Ad promerendam igitur orationem maturandum nobis est ne diu de die in diem defendo emendacionem et ad dominum deum nostrum reuertentem nobis secunda contingat. Certi quidem quia si reuertemur ad dominum ipse reuertetur ad nos. Videns enim afflictionem filiorum israel in egipto audiens clamorem eorum gloriosissime illis de egipto triumphum dedit et liberos eos cum gaudio tum per mare tum per vasta illam deserti solitudinem ad terram promissionis transduxit. Cumque illi veteribus malis noua congererent et pro suis peccatis ab omnibus finitimis nationibus variis temporibus essent oppressi quociens quasi dominum postulabant auxilium diuina miseratione liberauit. Niniuite deuote penitenti et cum fletu dicenti peccauimus dominus ex templo parcens dimisit. Et Ezechie oranti vite periodum mortis scilicet terminum prorogauit et petitiones iusta sua muniuit. Cum flentes orantesque ad eum fuere quasi in vna exaudiuit. Et hec quidem non est abreuiata manus domini benignus et misericors est et paciens et multe misericordie et prestabilis super malicia populi sui hiis itaque scripturarum testimoniis et exemplis Aliisque quam plurimis permoti hortamur vos fratres et filii per viscera misericordie dei nostri Ihesu Christi Et iuxta crediti nobis officii pastoralis racionem reformacioni morum subditorum populorum nostrorum secundum statuta sanctorum patrum canones et decreta diligencius insistatis Quoniam ut beatus Gregorius predecessor noster ait Dominicum gregem lupus non iam in nocte latenter sed in aperta luce dilaniat Vigilemus ergo magis ne pereat Et si captum forte quid fuerit vocibus divinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducatur Nec nos labor terreat Quoniam nomen pastoris non ad quietem sed ad laborem suscepimus cum me relinquentes voluerit eos proculdubio pastor occidit nobis at tanto cordi est tanquam desideramus quod omnium christianorum prout secundum deum debemus et obligamur vitam moresque reformare quodque deo adiutore debite inter metas prosequi intendamus Verum quia nos in presenciarum ista Turcorum nimis urget tempestas ad occurrendum illi toto studio omnibusque viribus insudamus et sic a Christi fidelibus tam clericis quam laicis per bullam nostram super inde confecta temporalia auxilia requirimus ne nobis spiritualia deesse videamur Ita et nunc spiritualia que maiora sunt instancius postulamus Vos igitur et vestrum singulos monemus hortamurque in domino atque de dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi mandamus et precipimus ut omnes et singuli sacerdotes eciam si cardinalatus aut alia quavis ecclesiastica dignitate prefulgeant secularium et regularium ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum quociens cum eos celebrare contingat commemoracionem faciant et oracionem dicant contra paganos instituta videlicet Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates ac omnia iura regnorum respice in auxilium christianorum et gentes paganorum que de sua feritate confidunt dextera tue potencie conterantur quibus quidem celebrantibus et huiusmodi oracionem dicentibus de spirituali thesauro ecclesie centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus Et ut sibi populus cuiuscumque sexus et generis oracionum et indulgenciarum huiusmodi particeps esse possit precipimus et mandamus ut in singulis ecclesiis quarumcumque civitatum terrarum et locorum Inter nonas et vesperas videlicet ante pulsacionem vesperorum seu in ipsorum propinquo saltem per intervallum mediocre hoc singulis diebus tribus vicibus una campana sonorosa ut bene audiatur pulsetur quemadmodum pro anglica salutatione dicenda pulsari consuevit. Et tunc quilibet dominicam orationem videlicet Pater noster. Et anglicam salutationem videlicet Ave maria etc tribus vicibus dicere debeat. Quibus semel Quadraginta tribus vero vicibus dicentibus genibus flexis Centum dies indulgentiarum misericorditer in domino elargimur. Mandamus insuper atque precipimus quod in singulis civitatibus terris Castris et villis sive locis vestrarum diocesum ad administrationem seu iurisdictionem vestram pertinentibus diebus dominicis singulorum mensium processiones generales fieri faciatis ad quas omnis populus conveniat et clerici sive seculares sive regulares mendicantes et non mendicantes exempti et non exempti qui extra aut intra menia Civitatum terrarum castrorum atque villarum seu locorum consistant aut in suburbiis. Religiosi vero qui in solitudine degunt quique ad huiusmodi processiones que in civitatibus terris castris et villis sive locis fieri solet convenire non consueverunt non compellantur sed eisdem diebus ipsi aut intra claustra monasteriorum suorum aut in circuitu ~~eius~~ eorum. Aut ad aliquam propinquam basilicam se conferentes prout eis maior devotio fuerit processiones faciant. Moniales autem intra menia urbium sive extra habitantes predictas processiones intra clausura faciant. Septem psalmos penitentiales cum letaniis decantantes. Si postea in predictis diebus dominicis aliquod legitimum impedimentum supervenerit quominus huiusmodi generales processiones devote atque pacifice fieri non possent. volumus quod unaquaque parochia sive monasterium. aut quibus alia ecclesia intra ambitum ecclesiarum aut claustrorum eas faciant aut quomodo vobis et cuilibet vestrum devotioni et tranquillitati populi convenire indicabit. super quo vestras conscientias oneramus. Orationes autem cantus ceteraque circumstantie in predictis processionibus ita fiant sicut in quibuslibet civitatibus terris castris et villis sive locis consuetum est. Aut sicut vos ipsi pro rerum et temporum necessitate devotioneque ordinandum putaveritis. Ita tamen quod missa sollempnis dicenda in predictis processionibus sit ea que in ecclesia contra paganos per ecclesiam ordinata est. Verum quia et fides et opera fidei ex auditu sunt. Ut

ait Aplus Ne quis au-
dire pt sine pdicante.
Volum atz mandam qd in
ciuitatibz t'ris castris
et villis sine locis in
quibz pdicator quispia
verbi dei hri pt infra
sollepnite processionis per
illu sermo fiat ad pplm
in quo pmu studebit fi-
dem confirmare. eosqz pa-
cientes in hodi tribulaci-
bus rddre. doceatqz quo
pbacio fidei paciam opa-
tur et paciam opus pfectu
habz Et ut ait btus Au-
gustinus Ut quociensqz
pssure ul tribulacoes ali-
quid patim'. admoni-
ciones sut et correctioes
nre Na et ipse sce lre
no nob pmittut pace
securitate et quiete s
tribulacoes pssuras et
scandala denunciant qd
tali mo generis humani
pati insolitu qd no
prres nri passi st et
ecca quda sacta st sicut btus
Ambrosius in salo mudi
huius constituta crebris
ventorum flatibz et aqrum
fluctibz i. temptacionu
verberibz fatigata na-
uis qua turbidi fluctus
i. huius secli ptates co-
nat' ad saxum reducere
q et si vndarum fluctibz
diu procellis sepe vex-
at' nuqz pt sustinere
naufragiu qm in ar-
bore eius id est in cruce
xpus erigit' in puppe

pr residet gubnator pro-
ra paraclitus seruat sponsus
hant p angusti hui mu-
di freta duodecim remi-
ges ducunt id e apli seu
et similis nus pphetarum Hec
inqua e nauis que et si
quottidie seclm istud ta-
qua aliqd pelagus forti'
in sestu. nuqz eliditur ad
saxu nec mergit' ad p-
fundu secli rebz psperis
consulat' ut aduersis no
frangat' et rebz aduersis
exercitat' ne corrupat'
psperis p diuina prudencia
procurat' atqz ita vult te-
pat' ex alteris horte in-
sup pplm ad pniam ex-
ita eni mgr ueritatis sicut
qz pcursor Johes officiu
pdicacois exorsus st di-
centes Pniam agite et
appropinquabit illico regnu
celorum. atqz eciam die
iudicium solliciata mente
conspiciat et errorem illius
penitendo puniat delic-
torum omni maculas fletibz
lauet ut pius conditor
nr cu ad iudicium vene-
rit tanto eos maiori gra
compleat quanto nunc con-
spicit q ab eis sua de-
licta puniunt' ac demumqz
seueritate Circumcirca ill'
exposita quanta pro pia
nobis intulerit frequenter co-
ncipet' mala omnes orones
ac pia erigant ad deum
vota contra illos Nos vero

qui de dei omnipotentis misericordia confisi larga indulgencia opem corporalem ferentibus concessimus indulgenciam eciam concedimus eis qui opem tulerint spiritualem. Omnibus itaque vere penitentibus et confessis qui ad predictas processiones convenerint septem annos et totidem quadragenas de iniuncta indulgencia impartimur. Illis vero qui pia emiserint vota ea compleverint aut oracioni a peregrinacioni aut elargicionis elemosinarum ut omnipotens deus ad auxilium christianorum respicere pro sua pietate dignetur duos annos et totidem quadragenas de iniuncta penitencia indulgencias contentis in nostris presentibus litteris apostolicis seu bullis duraturis quamdiu sancta cruciata nostra durabit et de celo nobis concessa victoria dabitur contra dictum perfidum Thurcum et alias secte dampnate machametice in partibus orientalibus sectatores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum monicionis hortacionis relaxacionis precepti mandati elargicionis confessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnacionis dominice m. cccc l. sexto duodecima kalendas Julii Pontificatus nostri Anno secundo.

Hermannus Rosenberg decretorum doctor Scolasticus ecclesie beate Marie ad gradus Maguntinensis Reverendissimi in christo patris et domini nostri domini Theoderici Sancte Maguntinensis sedis Archiepiscopi in spiritualibus vicarius generalis Universis et singulis Abbatibus Prioribus Prepositis Decanis Scolasticis Cantoribus Thesaurariis Custodibus tam Cathedralium quam Collegiatarum Canonicis capitulis et Ruralibus prochialium quoque ecclesiarum Rectoribus Archipresbiteris Camerariis seu locatenentibus eorundem Plebanis viceplebanis Capellanis curatis et non curatis Ceterisque presbiteris clericis religiosis et secularibus per Civitates Opida Castra et villagia Maguntinensis diocesis ubilibet constitutis Salutem in domino. Litteras Sanctissimi domini nostri domini Calisti divina providencia pape tercii prefato Reverendissimo domino nostro Archiepiscopo Maguntinensi presentatas Noveritis nos recepisse cum ea qua decuit reverencia Suprascripti tenoris hortacionemque et monicionem eiusdem domini nostri pape in dictis litteris apostolicis factis obedire et parere debere decrevisse. Ut autem quibus utilitas earundem litterarum apostolicarum et in eis contentorum ad noticiam singulorum deveniat indubitatam, Idcirco et de speciali mandato prefati reverendissimi domini nostri archiepiscopi Moguntinensis vobis omnibus et singulis supradictis et aliis quorum interest in genere et in specie iniungimus et mandamus in virtute sancte obediencie ac sub suspensionis late sententie Quatenus mox receptis presentibus prout ad quemlibet vestrum spectat et pertinet in singulis locis pro capitulo indicendo consuetis Capitulum indicetis seu convocetis vocatis vocandis Et has preinsertas litteras apostolicas et contenta in eisdem ibidem fideliter publicetis Omnes et singulas ecclesias monasteria et Capellas Civitates opida castra et villagia dicte diocesis Magontinensis huiusmodi tradita et durante in eisdem litteris apostolicis forma et tenore procedendo ac observando hortacioni et monitioni apostolicis huiusmodi in omnibus et per omnia devote pareatis et obtemperetis nec non a ceteris Christifidelibus parere et obtemperare faciatis et procuretis Datum sub impressione sigilli officii nostri Vicariatus Anno domini xiiijᶜ. lxxxto die vicesima sexta mensis Octobris

Hs 751 (früher 494)

Handschr.

751

Inches
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black